


NICHOLAI
DE LIRA
PRECEPTOR











(15 5.) E. 794.

recueil factice.

1° Nicholai de Lira.....
precceptorium ......
Double, même lettre, 384 bis

2° De immortalitate anime
Houppelande.

3° gerson. de passionibus anime.


4° autoritates aristotelis, Senece
Boetii, Platonis &c &c.*

* Double, même lettre dans
386.

Œ. 794

PHILIPPE PIGOUCHET






I.N.R.I.
Preceptoriũ de lira.

41. Ex Libris Stae Genovefae parisiensis.



Prologus:

¶ Uenerabilis fratris Nicholai de lira ordinis seraphici francisci/preceptorium siue expō triphario breuis et vtilis in decalogū legis diuine Incipit feliciter

Audi israel precepta domini/et ea in corde tuo q̄si in libro scribe:et dabo tibi terrā fluentē lac ⁊ mel. deuterono. 6. ¶ In his v̄bis p̄positis sp̄ussanct⁹ circa diuina p̄cepta tria tāgit. ¶ Prīo nāq3 ostendit q̄ sūt hylariter audienda ¶ Secundo q̄ sunt memorie cōmendanda. ¶ Tertio q̄ sunt eternaliter premianda. Primū īnuitur cū p̄mittit: Audi israel p̄cepta dn̄i. Secūdū cū subdit. ⁊ ea in corde tuo q̄si i libro scribe. Tertiū cū ānectit: ⁊ dabo tibi terram fluentē lac ⁊ mel. ¶ Propter primū sciendū q̄ p̄cepta dn̄i sūt hylariter ⁊ libēter audiēda triplici ratiōe. ¶ Prīo q̄r naturā lapsā releuāt ⁊ oē pctī vuln⁹ curāt ¶ Scd̄o q̄r hoīez de vita btā p̄fecte certificāt. ¶ Tertio q̄r mētē rationalē totaliter ad sūmam perfectionē eleuant. ¶ Primū patet. Natura nāq3 hūana ex preuaricatione primi parentis fuit triplici pctī vulnere sauciata ¶ Et primo quidē in rōnali q̄ fuit obfuscata ī cognitione primi viri. Nā prim⁹ hō ante peccatū habuit sincerā noticiā de deo per species sibi intellectualiter influxas. Sed post peccatū ratō fuit depressa intantū vt p̄ species corporales ipsā cognitionē diuinā oporteret mēdicare ¶ Secūdo in cōcupiscibili q̄ fuit viciata ī dilectiōe sūmi boni. A pu-

ritate nāq͡ȝ diuine dilectōnis: concupiscibilis de
pressa fuit ⁊ contaminata amore terrenorum.
¶ Tertio ī irascibili: que fuit debilitata in dete
statione mali. Nam ꝓpter vehemētiā passionū:
homo ī statu nature corrupte non potest ita viri
liter detestari malū: sicut fecisset ī statu īnocētie.
¶ Hoc autē vulnus triplex ꝑ diuina precepta ꝑ-
fectissime sanatur.
¶ Nam primo rationalē illuminant ī perfecta
cognitione primi veri. Vñ psalmista. Preceptū
domini lucidum illuminans oculos.
¶ Secundo concupiscibilē inflāmāt ī perfecta
dilectōne sūmi boni. Unde psalmista. Ignitum
eloquium tuum vehementer.
¶ Tertio irascibilē confirmāt/in perfecta dete
statione mali. qđ petebat psalmista cū dicit. Cō-
firma me in verbis tuis. Unde ꝓpter predicta. ꝑ
cepta diuina non solū sunt hylariter audienda:
sed etiā sunt pre oīb⁹ ītime diligenda. Teste pro
pheta qui dicit. Ideo dilexi mādata tua super au
rū et thopazion. Cui⁹ tamen causam triplicē ꝑ-
dictis tribus consonā reddit ibidē subdēs. Pro
pterea ad omīa mandata tua dirigebar. In quo
innuit ꝙ homo per mādata diuina dirigit̄ ī ꝑfe-
cta dei cognitione/et ī intima ei⁹ dilectōe. Sȝ ꝑ
hoc quod sequitur. omnē viā iniquā odio habui
ostendit etiā quoad irascibilē ꝙ per ea homo ꝑ-
fecte dirigitur ī perfecta detestatōne mali. Et qꝛ
precepta diuina sic sanant vulnera peccati: ideo
conuenienter in scriptura sacra noīe vnguenti sa
natiui exprimuntur. Ecclesia. 38. Unguētarius

faciet pigmenta suauitatis et vnctiões conficiet suauitatis. Nam ad sanandũ vulnera nostre mẽtis pigmentari⁹ deus ipse in apotheca diuine bonitatis: per artẽ ⁊ magisteriũ sue sapientie increate: conficit vnguentũ ⁊ triplex ãtidotũ peroptime sanatiuũ. Et hoc ex herbis nobilissimis adinuicẽ permixtis. Ex diuina scꝫ mĩa/et ex eius melliflua doctrina/et ex gratia diuinitus inspirata. Hec autẽ artificio diuine sapientie sibi inuicẽ ꝑmixta: illud vnguentum sanatiuum conficiunt.

¶ Scđm patet. nã ipsa voce veritatis hõ ex diuinorũ p̄ceptorũ obseruãtia/ certissime assecuratur de vita beata. Et ideo saluator dicit. Mathei 19. Si vis ad vitã ingredi: serua mandata. Propter quod saluator discipulis ei⁹ doctrinã seruãtibus et precepta eius implentibus: p̄miũ eterne beatitudinis pollicetur Luce. 22. Ego dispono vobis regnũ sicut disposuit michi pater vt edatꝭ et bibatis super mensã meam in regno meo vbi vita eterna (scđꝫ augustinũ) sine fine videbitur/sine fatigatõne laudabitur/⁊ sine fastidio amabitur

¶ Tertiũ patet. Nã suprema ꝑfectio hoĩs actiui in hac vita triplici actu ꝑficitur. Ad quoꝝ cõsũmationẽ p̄cepta diuina mentẽ rõnalẽ totaliter eleuant ⁊ sublimãt. Prim⁹ est oĩs terrene solicitudinis depositio / et mentꝭ ab oĩ spẽ creata ꝑfecta denudatõ/ac ĩ sui ĩtimo oĩmoda recollectõ. Qđ pꝫ. Oportet eĩ mẽtẽ ad spũalẽ ꝑfectõez ꝯscẽdere volẽtẽ ab oĩ solicitudĩe terrenoꝝ esse semotã ⁊ ab oĩ spẽ creata esse abstractã/⁊ ĩ sui ĩtimo totaliter recollectã. Qđ pulchre figuratũ est in moyse

Exodi 24. q cū deberet ad deū ī mōtē ascēdere:
pri⁹ fuit a tumultu populi segregat⁹: deīde fratri
suo aarō associat⁹ quē tñ postea dimisit postq̄ cū
eo ptē mōtis ascēdit ⁊ ita demū solus remansit.
Moyses nāq interptat assūpt⁹ de aqua/vel depō
vel denudatio. ⁊ significat mentē ɔtēplatiuā ab
oī tumultu populi segregatā. Qđ innuit p hoc q
moyses segregat⁹ fuit a populo. Jtē ab oī specie
creata denudatā et abstractā / qđ innuit p hoc q
fuit a fratre seiūct⁹. Et hoc notāter/qz sicut aarō
fuit moysi naturali vīculo colligat⁹: ita spēs per
quas in ītellectualē cognitōnē deducimur semp
sūt menti nostre naturaliter cōplātate. qđ pz/qz
noster intellect⁹ nichil intelligit naturaliter: nisi
pri⁹ fuerit specie aliqualiter informat⁹. 3ᵒ. de aīa
Et ideo moysi ab aaron sepatio est mētis rōnalis
ab oī spē creata: pfecta denudatō ¶ Tertio ipā
mentē cōtēplatiuā oportet esse ī sui ītimo recol=
lectā. Qđ patet per hoc q moyses post sepatōnē
sui a fratre /quadraginta dieb⁹ solitari⁹ reman
sit. Ad insinuandū q mēs ipsi⁹ ī sui intimo per
fecte recollecta fuit. Secūdus act⁹ est suiipsius
oīmoda derelictio. Oportet nāq mentē ad con
tēplatōnis fastigiū aspirātē: seipā deserere ⁊ vo
lūtatē ppriā oīmode abdicare et ipā diuine vo
luntati adeo pfecte conformare: q in nullis suis
motib⁹ seqtur impetū arbitrii pprii sed in oībus
mere depēdeat ex volūtate arbitrii diuini. Quō
autē mens vel qliter seipsā deserere debeat: pul=
cre docz ⁊ subtiliter bernard⁹ sup cantica. sermo
ne 85. vbi dicit q hoc fit cū mēs ieffabili Xbi dul

cedine allecta/seipãz sibi quodãmõ furaꝛ ⁊ sup se
ipsã rapiꝛ et elabiꝛ a seipsa vt vbo diuino fruaꝛ.
Quod etiã si deꝛ alicui experiri: nulli tñ daꝛ pos
se eloqui cũ hoc sit ineffabile. Vñ bernard⁹ ibidẽ
dicit ꝙ si vbũ diligẽter cõsidereꝛ apparet ꝙ hoc
emanat a profundo cordis deifici qd veritatẽ fa
cti experimentaliter cõprobauit. In quo qdẽ v=
bo beat⁹ bernard⁹ tria innuit q̄ ad hoc cõcurrũt
vt mens seipãz deserat. ¶ Primo nãqꝫ reqriꝛ vo=
luntatis ꝓprie oĩmoda abdicatio. qd ĩnuit p hoc
qd dicit ꝙ mens quodãmõ se sibi furaꝛ. ¶ Scdo
reqriꝛ oĩs opatõis naturalis oĩmoda trãscẽsio ⁊
ĩ apice ɔtẽplatõis pfecta suspẽsio. qd ĩnuiꝛ cũ di
cit p hoc ꝙ mẽs sup seipãz rapiꝛ. ¶ Tertio reqri
tur suipsi⁹ despectio ⁊ sue volũtatis in volũtatẽ
diuinã pfecta trãsformatõ. qd innuiꝛ p hoc qd di
cit mentem elabi a seipsa vt vbo diuino fruatur
Tunc enĩ mens a seipsa elabitur: quando sibiipsi
et omibus actibus suis/scilꝫ apprehensiue/et ap
petitiue pre suauitate diuine contemplatiõis fũ
ditus moriꝛ/verbo diuino fruens et omĩb⁹ aliis
mortua existẽs. Hec autẽ mors est dulcissima. qd
bene ꝓbauerat iacob patriarcha dicẽs. Iã letus
moriar/qꝛ vidi faciẽ tuã. geñ. 46. Hec autẽ suip=
sius derelictio pulcre figurata est in moyse. cui di
cit dñs. ne ad ipsũ appropinqret: sꝫ calciamenta
pedũ solueret. exodi. 3. Ne appropinques inquit
huc/sed solue calciamenta de pedibus tuis/locus
enĩ in quo stas terra sancta est. Per calciamẽtũ
quod pfecte pedi conformatur et sibi quodãmõ
vinculo ligatur e astrĩgitur designatur inclina=

tio naturalis qua quilibet inclinatur et reflectit ad seipsū eius cōmodū appetēdo ꝛ ꝓpriā volūtatē sectādo quā oportet hoīez prorsꝰ deserere si diuine cōtēplatōīs velit esse ꝑticeps. Et ideo pedū discalciatio nichil aliud est ꝙ ꝓprie volūtatꝭ omīmoda abdicatō ꝛ eiꝰ ī dīnū bn̄placitū ꝑfecta trāsformatio

Tertius actus est mentis ad diuinā caliginē introductio/ ꝛ dīne claritatꝭ purissīa cōtēplatio. Qđ figurate innuit ꝑ hoc ꝙ moyses quodā raptu deifico ad duinā caliginē introductus: ipsū deū per essentiā vidit. vt dicit Augustinus in libro de vidēdo deū ad paulinū. Ex hac ei visione et consortio diuini sermonis eius facies cornuta fuit/ quia radiis claritatis maxīe resplēduit/ que etiā acumen visus humani in tantū repercussit: ꝙ iudei non poterant in faciē moysi respicere: nisi eā prius velaret panno superposito. Sed notabile valde est ꝙ sola facies moysi diuina claritate resplenduit: quia cū aīa per raptum ad diuinā cognitionē perducitur: sola imago rationalis anime luce diuine claritatis perfunditur. Et hec de primo principali.

Propter secundū est sciendū ꝙ dīna p̄cepta ꝑ iugē meditationē et deuotā affectionē sūt scribēda interius ī corde et exteriꝰ ī ope. Nec valet excusatō si aliqs diceret se nescire scribere/ cū nūꝙ litteras didiscerit. quia scriptor huiꝰ scripture īteriꝰ ī corde est xp̄tꝰ spūssancti īteriꝰ īspirās. Pēna scribēs ē dīna īspiratio volūtatē ad bonū excitās. Pargamenū ī quo scribit̄ qđ debet esse mūdū ꝛ nitidū est cordis mūdicia. qꝛ in pargameno

nigro et lutoso nõ apparet scriptura pulcra et legibilis. Incaustũ huius scripture est gratia spũs sancti. Cõtinẽtia vero scripture est dilectio dei et pximi. qr scõm apostolũ: finis pcepti est caritas. .i. ad Thimo. i. ca. Et sicut instrumẽta pciosa et speciosa recõdunt i loco secreto et priuato: ita scriptura pceptorũ dei cũ sit vtilissima et nobilissima debet in secreto pectoris cõseruari. Jeremie 31. i fi. Dabo legẽ meã et scribã eã i eorũ cordib9. Nec solũ precepta diuina scribenda sũt in corde sed p perpetuo memoriali sũt etiã scribẽda in corpore exteri9 ne vnq̃ obliuione deleant. Sunt aũt scripta in triplici parte corporis/videlz in manibus vt patet per decẽ digitos manuũ. in pedib9: per decẽ articulos pedũ. et in ipsis sensibus propter quinq̃ sens9 exteriores et quiq̃ interiores. Ideo autẽ scripta sunt in tribus partibus corporis predictis: ad designandũ q̃ pcepta diuina debent in nobis regulare man9 operatiõis/dirigere gress9 affectionis/et moderare sensus et motus conseruationis/vt videlz in omĩ tua operatõne diuinũ honorẽ attendas /et in omĩ affectõne tua amorẽ diuinũ exerceas/ et in omĩ conuersatõne tua exẽpla sanctitatis pretendas. Et de hac duplici scriptura potest itelligi illud q̃d scribit apoc. 5. Vidi in dextera sedentis super thronũ librũ scriptũ intus et foris. vbi per sedentẽ in throno intelligo presentiã diuine maiestatis que in aĩa deuota delectanter requiescit /et illã requiẽ pre oĩb9 aliis desiderabilib9 appetit. iuxta illud Prouerbiorũ .8. Delicie mee esse cum filiis hominum. Per

thronū vo intelligo dignitatē aīe ratiōalis q̄ ad modū throni debet esse clara et lucida per mentꝭ puritatē/solida ⁊ firma p viriū suaꝝ ī bono dīno pfectā stabilitatē. Sublimis ⁊ alta: p feruētis desiderii sublimationē ⁊ per oīmodā sui a concupiscentia terrenorū elongationē. In hoc aūt throno sedēs: signāter tenet librū ī dextera manu qꝛ desideriū aīe deuote semp inclinat ad amorē celestiū et eternoꝝ: qđ p dexterā intelligit. Hic aūt liber script⁹ est intus et foris: qꝛ precepta diuina debent scribi in aīa deuota intus in corde per intimā dilectionē. ⁊ foris in corpe per operis īpletionē. Sciendū tñ q̄ licet ista scriptura tā ī corde q̄ ī corpe hoīs indelebiliter scribi debeat: tria tñ sūt q̄ prothdolor ī multꝭ hāc scripturā delēt ⁊ abscindunt. In q̄busdā aqua carnalis delectatiōis In q̄busdā ignis tp̄alis affectōis. In q̄busdā vo vetustas mūdialis cōuersationis. ¶ Primū pꝫ nam aqua carnalis delectatōnis in quibusdā ad modū diluuii intantū preualet q̄ multotiens et mētes pfectoꝝ deiicit et subuertit. Vn̄ dicit aug⁹ ī libro de sigularitate clericoꝝ. Crede michi (episcopis loquor) Vidi pestē istā deiicere cedros libani de quoꝝ lapsu nō min⁹ dubitabā q̄ hieronimu vel ābrosii. Et ideo si p̄cepta dīna ī mēte tua desideras īdelebiliter obseruare: oportet q̄ flux⁹ carnalis delectatōis ī mēte tua domet ⁊ desiccet p vētū calidū et vrentē feruētissime caritatꝭ. Qđ pulcre figuratū est exodi. 14. vbi de⁹ p ventū vrētē sic desiccauit mare rubrū: q̄ popul⁹ israelitic⁹ ipsū sicco vestigio ptransiuit. Et hoc vere cōplet

in nobis qñ p ardorē caritatꝭ oīs fluxꝰ labilis car
nalis voluptatis ī nobis totaliter desiccatꝛ. ¶ Sꝫ
est sciendū ꝙ iste ventꝰ vrēs signanter dicitꝛ veni
re de deserto/ qꝛ nūꝙ caritas pfecte ī corde hoīs
accenditꝛ: nisi priꝰ ab oībꝰ affectioībꝰ mūdanis
mens totaliter denudetꝛ. ¶ Secūdū patet. Nā
sicut ignis materialis appositꝰ radici arboris tol
lit oēꝫ eiꝰ virorē ꝛ fecūditatē: sic ignis cōcupiscē
tie terrenoꝝ desiccat in aīa oīs grē fecūditatē et
abstergit oēꝫ diuine scripture decorē ī ipsa ratio
nali imagine diuinitꝰ inscripte. Et ideo si dīna
precepta in aīa tua īdelebiliter debēt obseruari/
oportet ꝙ ardor cōcupiscētie p rorē celicū ꝛ refri
geriū dīne grē tēperetꝛ. Ros eī grē obuiās ardo=
ri cōcupiscentie ipsiꝰ estū tēperat ꝛ eneruat. Et
hoc triplici ratōe ¶ Pmo nāqꝫ ex eo ꝙ grā q̄ est
q̄dā emanatio lucis eterne pōt obfuscare oīꝫ reꝝ
tēporaliū claritatē/ ꝛ p cōsequēs appetibilitatē.
¶ Secūdo ex hoc ꝙ grā q̄ est q̄dā gustꝰ spūalis
emanans a fōte diuine dulcedinis potest obrue=
re vel alienare oīꝫ tēporaliū suauitatē ita vt eoꝝ
dulcedinē ī amaritudinē cōuertat. qꝛ secūdū ber
nardū de amore internꝰ gustꝰ mentes tanto dul
core pfūdit: vt de labore reqē/ de merore gaudiū
ꝛ de ꝯtumeliis gliaꝫ habeamꝰ. ¶ Tertio ex hoc
ꝙ grā q̄ est quoddā donū emanās ab īmensitate
diuine largitatis: potest menti adnichilare oīm
tpaliū dignitatē/ ita vt illa q̄ priꝰ estimabat pre=
ciosa ꝛ magna: postea reputet vilia ꝛ abiecta. qđ
bene sentit apostolꝰ cū dicit. Oīa arbitratꝰ sū vt
stercora vt xp̄m lucrifaciam. Nec mirū. quia cuꝫ

omĩa temporalia sint vacua et egestate plena. vt scribitur Jere. 4. Aspexi terrã ⁊ ecce vacua erat et nichil. Dicũtur nãq3 terrena vacua. q2 nõ pos sunt esuriem aĩe satiare. ⁊ dicuntur plena nichil quia non possunt eius desideria quietare.
¶ Tertiũ patet. nã vetustas mundialis cõuersa-tionis admodũ vetustatis naturalis hoĩez exce-cat in dĩna cognitione. ⁊ mentẽ infrigidat in di uina dilectiõe. et virtutes naturales debilitat in bona operatiõe: quare talis nichil potest efficere deo gratũ. vt patet. 2. ad corin. 2. Et ideo hãc ve tustatẽ in hoĩe abolentẽ dĩna p̄cepta apostol⁹ do cet deponere. ad ephe. 4. Exuẽtes inq̇t veterẽ ho minẽ/id est antiquã peccandi cõsuetudinẽ hoĩez inueterantẽ. Facit enĩ hoĩez cecum in diuina co gnitione: frigidũ in diuina dilectione: et ĩpoten-tẽ in bona operatione. Talis autẽ vet⁹ homo de bet exui cũ actibus suis/hoc est cũ oĩ affectione ⁊ inclinatione derelicta peccãdi consuetudine ita q̄ intantũ anim⁹ pctm̃ detestet᷑ q̄ nũq̄ preterite delectatiõis pctĩ suauiter recordet᷑. Sequit᷑. Et ĩ duite vos nouũ hoĩez q̄ secundũ deũ creat⁹ est in iusticia ⁊ sctĩtate veritat3. ephe. 4. vbi signãter ẽ aduertendũ q̄ nou⁹ homo quẽ induere debem⁹ p̄ toti⁹ ṽtut3 exercitiũ ⁊ decorẽ notãter dicit᷑ esse creat⁹ ĩ iusticia vt qd̄ tibi vis fieri: p̄ximo tuo fa cias. Hãc enĩ iusticiã naturalẽ xp̄s p̄sonaliter do cuit Math. 7. Debet etiã esse creat⁹ ĩ sctĩtate vt ĩ oĩ cõuersatiõe tua p̄ximo tuo exẽpla sctĩtat3 exhi beas. S3 dr̃ esse creat⁹ ĩ ṽitate/vt ĩ oĩb3 opib⁹ bo nis verã ⁊ rectã ĩtẽtionẽ habeas solũ intẽdẽdo ĩ

eis diuinū honorē ꝛ ꝓximi edificatōnē: et tūc veraciter dicere poteris cū apostolo nr̄a ꝯuersatō ī celis est q꞉ lȝ p̄tēdas ī existētia naturali ꝯditiōez hūanā seruas tn̄ ī efficacia ꝟtuali ꝑfectōez āgelicā. ¶ Propter tertiū est sciēdū ꝙ q̄cūqꝫ dīna p̄cepta sic hylarit̄ audierit et ī toto corde memorit̄er retinuerit ꝛ ī opeviriliter adīpleuerit: talis sine dubio eternaliter felix erit. ꝓpter qđ signāter s̄b iūgit. ꝛ dabo tibi terrā fluentē lac ꝛ mel. ꝑ terrā eterna btīudo ītelligiẗ ꝓpter stabilitatē ꝛ ꝑmanentiā eterne felicitatꝫ. q̄ q̄dē terra fluit lacte. i. claritate dīne cognitōis / ꝛ melle suauitate dīne fruitōis/ quā nobis p̄stare digneẗ q̄ sn̄ fine regnat ī celis deus benedictꝰ.

Intendens igiẗ ꝓ cōmuni exhortatōne fideliū aliquā noticiā tradere dīnoꝝ p̄ceptoꝝ tria sūt notāter p̄eligenda ¶ Primū respicit dīnoꝝ p̄ceptoꝝ distīctōez ¶ Scđꝫ respicit eoꝝ originē ¶ Tertiū aūt eoꝝ traditionē. ¶ Propter primū ē sciēdū ꝙ distictio p̄ceptoꝝ pōt sumi tribus modis ¶ Prīa distictio sumiẗ ex diuersitate statꝰ, ꝛ sic q̄dā p̄cepta nos ordināt īvita ꝯtēplatīa sicut p̄cepta prīe tabule/ ꝛ q̄dā ī vita actīa sicut sūt p̄cepta scđe tabule q̄ docēt hoīes ꝟtuose ꝯuersari ꝛ q̄ete ¶ Scđa distictio sumiẗ ex diuersitate finis ꝛ sic q̄dā p̄cepta finaliter nos ordināt ī deū sicut p̄cepta prīe tabule. q̄dā ꝟo nos ordināt respectu ꝓximi sicut p̄cepta scđe tabule. ¶ Tertia sumiẗ ex obiecti formali diuersitate q̄ ī hoc differt a secūda. q꞉ ista distīcte applicat. s̄m quā formalē rōnē vnūquodqꝫ p̄ceptū ordinet hoīez ī deū vel in

proximũ/qđ nõ faciebat secũda distictio. qđ sic ē
videre. Nã hõ ordinat in deũ secundũ triplicē ra
tionē. ¶ Prĩo quidē ĩ obsequio opis qđ debet di
ne ptãti. ⁊ hoc q̃tum ad psonã patris. ⁊ sic est pri
mũ p̃ceptũ quo dr exodi 20. Non adorabis deos
alienos. In quo p̃cepto secũdũ augustinũ ĩcludi
tur quodlz obsequiũ opis deo necessario exhibē-
dũ. ¶ Scđo in reuerētia oris q̃ debet diuine veri
tati quo ad psonã filii. et sic est secundũ p̃ceptuz
Nõ assumes nomen dei tui in vanũ. ¶ Tertio in
deuotiõe cordis q̃ debet diuine bonitati q̃tuz ad
psonã spũssctĩ. ⁊ sic est tertiũ preceptũ. Memēto
vt diē sabbati sanctifices. Et sic pz qua rõne p p̃-
cepta prĩe tabule hõ directe ordinat in deũ. Per
alia xo precepta scđe tabule hõ ordinat ad pxi-
mũ duob⁹ modis. Primo in beneficentia. vt bo
na q̃ põt pxĩo impendat. et sic est quartũ p̃ceptũ
Honora patrē et matrē vt sis longeuus sup terrã
exodi 20. Secũdo ĩ inocentia vt nichil iniuste si-
bi inferat nec ĩ aliquo sibi noceat. Proxĩo autē
põt inferri triplex nocumentũ/scz cordis/oris/et
operis. Opere aũt quis nocet pximo. Prĩo q̃dē
psona ppria. ⁊ hoc phibet quintũ p̃ceptũ. Nõ oc
cides. Scđo ĩ psona cõiũcta. ⁊ hoc phibet sextuz
p̃ceptũ. Nõ mechaberis. Tertio ĩ exteriori sba.
et hoc phibet septimũ p̃ceptũ. Nõ furtũ facies.
Aut nocumētũ oris. ⁊ hoc phibet octauũ. Nõ fal
sũ testimoniũ dices. Ubi scđm augustinũ ĩplicite
phibet oē nocumentũ oris respectu pximi. Ter
tiũ nocumentuz est cordis. vt qñ aliquis cogitat
malũ contra proximũ. quod duobus modis cõ-

mittit̃ cõtra ꝓximũ. Aut igit̃ est respectu rei ra tionalis. ꝛ hoc ꝓhibet nonũ p̃ceptũ. Nõ cõcupi- sces vxorẽ ꝓximi tui.. Aut est respectu rei irrati onalis. ꝛ hoc ꝓhibet decimũ p̃ceptũ cũ dr̃. Nõ cõ cupisces domũ/nõ agrũ nõ seruũ/nõ ãcillã/nõ asi nũ q̃ ꝓximi tui sũt. ¶ Propter secũdũ ẽ sciẽdũ ꝙ scd̃m apostolũ plenitudo leg̃ est dilectõ. ideo di ci põt ꝙ oĩa p̃cepta ꝛ eoꝝ ĩpletio salutifera origi- naliter emanãt a radice caritat̃ tãꝙ a suo fõtali pꝛĩcipio ꝛ in ipã ꝫ vltimate ordinãt̃ tanꝙ ĩ finẽ et terminũ cõpletiuũ. qd̃ pꝫ. Nã precepta pꝛĩe tabu le emanãt a dilectõe dei. scd̃e xͦ o tabule a dilectio ne ꝓximi. qd̃ est sic videre. Nã ꝑfecta dei dilectõ mentẽ vnit diñe ꝑtãti/diñe veritati/et diñe boni tati.. Cuius ratio est. q꞉ ex ꝑfecta dei dilectiõe sic hõ vnit̃ deo: ꝙ oẽs suas actiones refert in dei lau dem ꝛ honorẽ ipsi⁹ potentiã cũ obsequio venerã do q̃tũ ad mandatuꝫ primũ. Similiter ꝑ eã oẽs locutiones suas refert in honorẽ diuine veritat̃ q̃tũ ad secundũ mandatuꝫ. Et tertio ꝑ eã oẽs su as affectiones refert ad honorẽ diuine bonitatis eidẽ ꝑ amorẽ ꝑfectũ suauissime ĩherẽdo/q̃tũ ad tertiũ. Qd̃ etiã alia p̃cepta septẽ emanẽt a ꝑfe- cta dilectione ꝓximi sic pꝫ. Cõstat enĩ ꝙ quicũqꝫ ꝓximũ ꝑfecte diligeret: ipsũ libẽter honoraret ꝛ ei⁹ necessitatib⁹ studiose subueniret/ꝛ nũꝙ aliqd̃ nocumentũ sibi nec corde/nec ore/nec ope ĩferret In quo alia p̃cepta scd̃e tabule includunt̃. vt pꝫ ex dictis. ¶ Propter tertiũ est sciendũ ꝙ p̃cepta decalogi possunt accipi: vel vt data/vel vt inna- ta. Si primo modo sic solum pertinebant ad

populuz israeliticū cui fuerāt data diuinit⁹ promulgata. Si scd̄o modo sic vniuersaliter obligāt oēz hoiez. q: quidq̄d ptinent p̄cepta decalogi explicite: hoc lex nature descripta ī corde cuiuslibz hoīs cōtinet īplicite. qd̄ pz. Nā illud p̄ceptū legis nature / qd̄ tibi nō vis fieri: aliis ne feceris: īcludit ī se oīa p̄cepta negatiua / sicut Nō occides / Non furtū facies. et huiusmodi q̄ decalogus ponit explicite. similiter de p̄cepto legis nature affirmatiuo. Quib⁹ visis: de forma cuiuslibet p̄cepti singulariter est agēdū. Forma aūt cuiuslibz p̄cepti pōt distīgui ī tres ptes pricipales scōz tres expositiones cuislibet precepti vt videbit̄ ī pcessu.

PRimū preceptū appropriate respicit psonā patris q̄tū ad voluntariū obsequiū oīs operis qd̄ debet̄ diuine potestati. et hoc explicat̄ cū dr̄. Non adorabis deos alienos. Qd̄ quidē p̄ceptū xp̄s exponit Math. 4. cū dicit. Dn̄z tuum adorabis / et illi soli seruies. In quo quidē euidēter pluralitas deorū excludit̄ / ⁊ vnus solus verus deus colend⁹ predicat̄. qd̄ tn̄ euidenti⁹ patet deuterono. 5. Audi israel: dn̄s deus tuus vnus est.

¶ Sciendū est autē scd̄m Augustinū ī eucheridion q̄ vnū solū verū deū debem⁹ adorare ⁊ cole (re: tripliciter.

¶ Prīo quidē fide integra.

¶ Secundo: spe sincera.

¶ Tertio caritate pfecta. et secundū hoc accipitur triphariꝰ primi precepti intellectus.

¶ Propter primū est sciendū q̄ fides dr̄ ītegra tripliciter ¶ Prīo q: ī actu suo nō est diminuta

¶ Secundo quia est operib⁹ bonis approbata. ¶ Tertio quia est caritate informata ¶ Primū patet. Nā fides secūdū augustinū habet triplicē actū. Nā vno mō fides credit deū/cū aliqs credit ipz esse primā causā oīz. Alio mō credit deo. sicut q̄ credit q̄ ipse est omnipotens ⁊ q̄ vnicuiqz tribuit secūdū merita sua. ⁊ isti duo act⁹ sūt īperfecti et possunt etiā ipsis demonib⁹ ꝯuenire. Aug⁹ libro de fide et opib⁹. q2 demones tremūt et cōtremiscūt Vn̄ possūt elici a fide īformi. Tertio fides credit in deū. ⁊ iste est act⁹ fidei ꝑfectus ⁊ caritate informat⁹. Q2 secundū augustinū in deū credere/ est credendo ꝑ amorē in ipz ire et ei per fidē formatā tanq̄ fini vltimo inherere. ¶ Secūdo fides īntegra debet bonis operib⁹ esse approbata/ ⁊ ꝑ caritatē efficacissimā vitaliter informata. q2 fides sine opib⁹ est sicut cadauer mortuū sine aīa. Propter qđ scribit in canonica Jacobi 2. Fides sine operib⁹ mortua est. Per istā aūt expōez nō soluz dānant infideles nō baptizati sicut iudei q̄ ī vnū verū deū credūt scz in messiā: ⁊ sarraceni qui credunt in machometuz: verūetiā quattuor genera hoīz baptizatoꝝ contra hoc p̄ceptū peccantiū. et per cōsequens dānant ¶ Primū gen⁹ est decipientiū/sicut heretici qui falsis surreptōnibus simplices ī fide subuertūt qui etiā excōmunicati sūt ipso iure. extra de hereticis Excōmunicamus. 2. Similiter sortilegi et diuini: de quibus dicitur. extra de sortilegiis Ex tuarum. q̄ qui inspectiones sortilegas faciunt/etiam si ex zelo et sola simplicitate hoc faciūt: grauissimū pctm̄ incurrunt

Et si sacerdos ex simplicitate hoc fecerit: p annū
debet segregari ab altaris misterio. Laicꝰ vero si
hoc fecerit: q̄dragīta diebꝰ a cōmunione fideliū
priuet et excōicetur. Clericꝰ vero officio et bñfi-
cio priuari pōt. vt pz ī decreto qđ ponit. 26. q. 5.
vbi dicit. Nō licet xp̄iano gentiliū traditiōes ob
seruare vel elementa colere. Itē Augꝰ. 26. q. 7.
Non obseruetis dies qui dicunt egyptiaci aut kł
ianuarii in qbꝰ candele quedā et q̄dā comestio-
nes ⁊ dona adinuicē donant q̄si in p̄cipio boni
ānī fati augurio. Aut aliquos mēses aut tp̄a vel
dies ⁊ annos nec lune nec stellarū cursū obserua
re solisq̄ in coniugiis sociādis/nec in herbis colli
gendis/nec incantatōnes liceat attendere. Oēs
autē artes huiusmodi ex q̄dā pestifera societate
hoīz et demonū q̄si pacta infidelis et dolose ami
cicie a xp̄iano penitꝰ sunt fugiende. Vñ qui tali
bus credunt aut ad interrogandū domꝰ eoꝝ in-
trant/aut eos ī domos ꝓprias introducūt: sciāt
se fidē catholicā et baptismū preuaricasse et pa-
ganos et apostatas et dei inimicos esse/et dei irā
grauiter incurrisse. Ad hoc genꝰ infidelitatis re
ducitur obseruatio diei egyptiace ⁊ certarū rota
rū pro mercationibꝰ faciendis et pro coniugiis
sociandis/⁊ herbis colligendis. vt patet 26. q. 5.
Nō licet. vt in supiore decreto visū est. Ut autē
magis pateat quando tales actus diuinationis
sunt peccatū mortale aut veniale: sciendū q̄ actꝰ
diuinationis ⁊ sortilegii pōt quis tripliciter exer
cere. ¶ Primo credēs per illū actū realiter asse
qui quod intendit/puta alicuius amorē vel furti

reuelationē/vel futuri euentus precognitionē. Sicut quis cū qua cōtrahere debeat/qꝛ cū amoꝛ hoīs dependeat a libera voluntate habituata cuius subest solū mot⁹ volūtati diuine atqꝫ ptāti. ⁊ similiter reuelatio occultoꝝ et ꝓcognitio futurorū: certū est ꝙ cū credit talia posse asseqꝫ per actū diuinationis: oportet ꝙ credat in illo actu aliqͩ existere diuini numinis/et per consequens fidē ⁊ baptismū hoc est veritatē professā ī baptismo abnegat ⁊ est deterioꝛ pagano: qꝛ cecidit a fide ꝓfessa qꝺ nō facit pagan⁹ et incurrit irā dei in ꝑpetuum nisi peniteat. ⁊ hoc ē grauissimū pctm̄ ⁊ moꝛtale. qꝛ corrūpit fidē que est fūdamentū toti⁹ edificii spūalis. ¶ Secundo licet nō credat per illū actū assequi realiter qꝺ ītēdit: vult tñ curiose experiri/vtrū aliquid efficacie sit in tali actu vel nō et hoc iteꝝ est moꝛtale/licet nō sit ita graue sicut pꝛimū. Et ratio hui⁹ est/qꝛ talis est dubi⁹ ⁊ fluctuans in fide postꝙ cōtra fidei firmitatē et veritatē ꝓponit talia experiri q̄ scit vel scire debet per fidē catholicā esse reprobata. ¶ Tertio modo si sola sīplicitate vel leuitate talia exerceat: nichil tñ in hoc credēs esse virtutis vel efficacie. nec etiā experiri intēdat vtrū ī hoc aliq̄ efficacia existat: sed solū ex leuitate cordis et simplicitate hoc faciat: hoc videtur solū peccatū veniale maxīe q̄tuꝫ ad laicos et idiotas. Sed quantuꝫ ad clericos q̄ scire tenentur hoc esse a iure pꝛohibitum: semp est peccatum moꝛtale. quia iura determināt eos per annum a communione pꝛiuandos: quod solum inducitur pꝛo peccato moꝛtali.

¶ Quãtũ aũt ad obseruantiã dierũ fati: sciẽdũ
ꝙ si certũ tẽpus obseruet̃ ĩ his actib⁹ q̃ dependẽt
a causa naturali/puta ab influẽtia celesti sicut po
tionis sũptio/et agri semĩatio: hoc nõ est ydola-
trie sꝫ sagacitatꝭ et prudẽtie. Si ṽo hoc obseruet̃
in his actibꝫ q̃ solũ dependẽt ab hoĩs libero arbi
trio/vt puta mercatõ/vxoris traductõ/⁊ belli ag
gressio: cũ sola virt⁹ diuina possit impedire ⁊ mo
uere liberũ arbitriũ hoĩs: oportet ꝙ qui tali intẽ
tione hoc exercẽt ꝙ credãt talib⁹ actib⁹ inesse ali
q̃d diui numinis. ⁊ ꝑ cõsequẽs peccãt mortaliter.
Ex premissis igit̃ patet ꝙ obseruatio dierũ ⁊ tẽ-
porũ qñq; est ydolatrie et infidelitatis/qñq; pru-
dentie ⁊ sagacitatꝭ/qñq; est obediẽtie ⁊ necessita
tis. vt pꝫ ĩ festis colẽdis ⁊ nuptiis ſm statuta ec-
clesie celebrãdis. Pꝫ etiã ex hoc ꝙ in talib⁹ acti
bus et cõsimilib⁹ necesse est hoĩ ꝙ ad discretũ cõ
fessorem recurrat ꝑ quẽ possit informari qñ tales
actus sũt mortale pctm̃ vel veniale. ¶ Secundũ
gen⁹ infideliũ q̃ tẽpore necessitatis etiã fidẽ sim
pliciter deserũt. vt pꝫ in aplis fugientib⁹ a xp̃o.
Uel qui fidẽ solũ in corde seruare volũt licet ore
nõ audeãt cõfiteri. qui sine dubio ſm hãc expõez
dãnant̃. qꝛ scdm̃ apostolũ ad roma. x. Corde cre
dit̃ ad iusticiã: ore aũt ꝯfessio fit ad salutẽ. Et ideo
sacramentũ cõfirmationis dat̃ ĩ frõte vt xp̃ian⁹
libere audeat cõfiteri nomẽ iesu xp̄i. ¶ Tertiuꝫ
gen⁹ in fide negligentiũ qui articulos fidei negli
gũt addiscere cũ possint et debeant eos scire. Sꝫ
nũquid laicus tenetur scire omnes articulos fi-
dei?. Ad hoc respondent doctores ꝙ scire articu

los fidei explicite est fidei iã probate vel ꝓuecte q̄ solũ requirit̄ in clericis. scire autẽ oẽs ĩplicite est diminute fidei ⁊ p̄ cõsequẽs mortale. Scire autẽ quosdã explicite ⁊ quosdã implicite: hoc est fidei necessarie. et tales sũt articuli quoꝝ festa celebrãtur ĩ ecclesia puta xp̄i ĩcarnatio/natiuitas/passio resurrectio/vel etiã quoꝝ vsus frequens est in ecclesia. vt articuli de trinitate qui ex frequẽti repetitione vel celebratione sciri possũt. Et q2 ĩ p̄uo symbolo ap̄loꝝ pauloplus cõtinet̄ q̄ tales articuli: igit̄ videt̄ dicendũ q̄ quilibet christian⁹ cũ ad annos discretõis peruenerit: tenet̄ discere ⁊ scire illud symbolũ. nisi vel esset doctoris impossibilitas/vel nisi ꝓhiberet ingenii tarditas. Vñ ad remouendũ ĩpedimentũ predictũ: statuerunt iura q̄ patrini tenent̄ suos filios sp̄uales ĩstruere ⁊ docere symbolũ ⁊ dñicã orõnẽ. vt p3 p̄ decretũ Augustini/qđ ponit̄ de cõsec̄. di. 4. Vos ante omia. ¶ Quartũ gen⁹ est extollentiũ ⁊ p̄sũptuose fidẽ scrutari volentiũ/ q̄ nichil volũt credere nisi possit eis ratione lucida demõstrari/ ⁊ plerũq3 in errorẽ labunt̄. Exẽplũ in augustino q̄ volebat hũana ratõe oĩa cõprehẽdere. ⁊ tales mortaliter peccant/et meritũ fidei ꝑdũt. q2 s̄m gregoriũ Fides nõ habet meritũ: cui hũana ratõ p̄bet experimẽtũ. Vñ hanc presũptuosã perscrutationẽ ꝓhibet sapiens Eccle. 3. Altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutat⁹ fuer̄. Et q̄ scrutator est maiestatis: opprimet̄ a gl̄ia. Et ideo dicit bernard⁹. Fides p̄sũptuose ĩuestigare. temeritas est credere pietas noscere vita eterna est. Et hec de p̄ria expõe

Secūdo adorabis. spe sincera totā spē tuā ponēdo ī ipo deo. Et hoc rationabiliter. Digne nāq hō ī ipo totā suā spem poīt/sine quo nō pōt ad momentū subsistere/nec aliqd boni opari. iohānis 15. Sine me nichil potestis facere. Et qui ex ingenita bonitate tibi ī nulla necessitate vnq̄ nouit deficere. Unde sup illud Mathei. 14. Ego sū: nolite timere. dicit glo. ego sū q̄ ī oī necessitate vobis paterne semp assisto/et nūq̄ inuocātib⁹ vobis deesse potero. ideo scribit Ecclesiastici 2. Quis spauit in dn̄o et derelict⁹ est ab eo? ¶ Sciendū autē q secūdū duplicē spem: duplex est adoratio/siue cultus diuinus. ¶ Nam quedam est spes salutis et hec in solo deo ponēda est/et ideo solus adorat adoratione latrie ⁊ imago ei⁹ ⁊ corpus xp̄i rōne ypostatice vnionis. Latria est seruitus siue cult⁹ reuerēter deo exhibit⁹. ¶ Alia est spes suffragii q̄ pōt haberi ī creatura dignissima vt in v̄gine gloriosa. ⁊ ideo ipsa adorat inq̄tū est persona sancta adoratione dulie. qui est honor q̄ debet creature inq̄tū est imago dei/sicut sāctis. Sed inq̄tū est mater dei adoratur adoratōne yp dulie que importat excellentē cultū venerationis Potest etiam hec spes poni in aliquo sancto in celis/vel etiam in mundo per cuius orationē cōfidimus adiuuari. Et talis adoratio proprie dicitur dulia. Per hanc expositionē dānantur quidam heretici qui prauis suggestionib⁹ hoīes a sāctorū veneratione pniciose retrahunt dicētes q nec beata virgo/nec aliqs sanctorū debeat ado-

rari/quia ad impetrandũ effectũ grẽ vt dicũt in nullo possumus adiuuari per ipsos cũ sol⁹ de⁹ sit causa effectiua grẽ. quod q̄dẽ dictũ est nephãduz et hereticũ. Licet enĩ sol⁹ deus sit causa effectiua gratie: sancta tñ virgo ⁊ ceteri sancti meritorie ⁊ per modũ suffragii deprecatiui possunt esse cau-sa gratie. Et est notandũ q᷑ ex ista expositione iudei nos de ydolatria calũniant̃ obiicientes nobis illud Exodi 20. et simile habes deutero. 5. Nõ facies tibi sculptile/nec adorabis ea neq̃ coles. Ad q̃d dicendũ est q᷑ nõ adoram⁹ imaginẽ vt q̃dam res est quia hoc esset ydolatria/sed inq̃tum imago est signũ alicui⁹ rei. Et quia idẽ est mot⁹ quo quis fert̃ ad imaginẽ inq̃tũ signũ et in ipsã rem cui⁹ est imago: ideo et eadẽ est adoratio qua veneramur ipsam imaginẽ et rẽ cuius est imago Sed ad hoc obiiciunt et dicunt q᷑ in lege veteri nũq̃ fuit vsus imaginũ q̃ tñ figura est noue legis ergo nec in noua lege debet esse. Ad hoc est dicẽdũ q᷑ q̃r deus in lege veteri nõ fuit humanat⁹ nec hõ fact⁹: ideo tunc nec debuit habere figurã vel imaginẽ. Itẽ dicũt q᷑ in noua lege nũq̃ inuenit̃ expresse de imaginibus/ideo videtur q᷑ non sunt traditiones diuine sed humane fictiõnes. Ad q̃d dicendũ est q᷑ formatiões imaginũ non sunt noue adinuentiones/sed traditiones aplice et diuine. quia dicit Aug⁹ libro de ciuitate dei q᷑ christ⁹ pannũ proprie faciei supposuit ⁊ figurã ꝓprie faciei ĩpressit ⁊ regi abagaro trãsmisit. Btũs etiã lucas dicit̃ depinxisse imaginẽ christi et etiã sculpsisse imaginem beate marie virginis que ambe

rome habent. Fuerūt aūt imagines introducte ꝓpter tria. Prīo ꝓpter simpliciū ruditatē. vt q̄ nesciūt legere in codice: saltē legāt ī pariete. Secūdo ꝓpter affectuū tarditatē. vt q̄ ad deuotōnē nō ꝓmouent ex auditꝪ saltē moueantur ex visis. Tertio ꝓpter memorie labilitatē. vt si a memoria labant audita sicut sepe ꝯtigit qḋ per vnā aurem intrat: per aliā exit: saltem memoriter teneant visa et presentialiter depicta.

Tertio adorabis. caritate ꝑfecta ex toto corde/et ex tota aīa tua deū tuū diligēdo/oēm actū dilectioni sue cōtrariū abiiciēdo. Qḋ cōfirmat glo. Exo. 20. q̄ sic dicit. Sciēdū ꝙ ꝯ hoc mādatū seruare decreueris/hr̄e scꝫ ⁊ colere vnū deū tm̄ sicut ī baptismo ꝓmisisti: hoc est velle renūciasse oīb⁹ his q̄b⁹ ī baptismo renūciasti ⁊ cōtradixisti solū cōfitēs patrē ⁊ filiū ⁊ spiritūsctm̄. Sed nisi toto corde cū hoc diligam⁹ deuꝫ nostrū tota aīa et tota v̄tute ei adherentes: nō sum⁹ ꝑticipes dei nostri. Aū talib⁹ dicit nescio vos. ¶ Sed hic incidit rōnabilis dubitatio. Utrū aliquis ī hac vita possit mandatū dilectiōis implere. Diliges dn̄ꝫ deū tuū: ⁊c. Ad quod dicendū est ꝙ perfectō dilectionis potest sumi dupliciter. Primo vt excludatur oīs actus extraneus. ⁊ sic non pōt cōpleri in ista vita. vt homo semꝑ deū actu diligat ex toto corde/id est intellectu sine dubitatione: ex tota mēte: id est actuali memoria sine obliuione ⁊ ex tota aīa: id est volūtate plena sine retractōe hoc enī non patitur fragilitas presentis status.

¶ Secundo vt excludat̄ oīs actus contrari⁹ cari tati. et sic potest īpleri ī vita. q2 caritas potest esse ita perfecta ī hac vita: q̄ oēs actuz pctī mortalis excludat. Qualiter aūt hō ad caritatē tantā pfectōnē excrescat q̄ nūq̄ mortaliter peccet: dicēdū q̄ hoc potissime contingit ex inde q̄ hō pfecte incorporatur caritati christi. ¶ Ad quod perfecte intelligendū duo sunt declarāda ¶ Prīo q̄liter imago caritatis xp̄i fuerit formata/ et quibz coloribus fuerit insignita. ¶ Secundo qualiter sue caritati tanq̄ forme christi exēplari debemus imprimi et ei pfecte pro modo nobis possibili cōformari. ¶ Propter primū sciendū est q̄ forma et imago caritatis christi fuit triplici colore īsignita. ¶ Primus color potest dici humanus. Secūdus celicus. Tertius diuinus. Primus color est virtualis efficacie. Secundus gratialis affluentie. Tertius supernaturalis existentie. De prīo patet. Nā gradus sui amoris mēsurabat̄ ex tota virtute aīe sue ⁊ oīz viriū ipsi⁹/ ⁊ ex tota v̄tute cordis sui/ et secundū vltimū posse totius aīe/ totius corporis/ et toti⁹ virtutis eius secundū capacitatē sue nature. Et ideo iste color dicit̄ signāter esse virtualis efficacie. De secūdo p3. Nā sue caritatis grad⁹ mēsurabat̄ s̄m vltimā prefectionē oīs grē et oīs v̄tutis/ siue sit grā gratis data/ siue grā gratū faciens/ vel etiā grā vnionis. Oēs eni istas grās ⁊ oēs istas virtutes ⁊ oīa dona ad p̄fectionē ptinentia: xp̄s in sūmo habuit. Et ideo scribit̄ Johānis 3. q̄ nō fuit ei datus spūs ad mēsurā. Quod nō est intelligendū q̄ gratia scilicet

christi simpliciter fuerit infinita qꝛ sic non esset
creata. sed qꝛ non accepit gratiā ad mensurā ali-
orū hoīꝫ vel etiā angelorū/ sed longe excellentio
rem. qꝛ ipse tāto excellētior est āgelis effect⁹: ꝗ̄to
differenti⁹ pre illis nomē hereditauit Ad hebre
os. i. Inde est etiā ꝙ gratia xp̄i dicit̄ gratia capi
tis. qꝛ sicut in capite est plenitudo oīꝫ sensuū / in
aliis autē mēbris est solū sēsus tactus: sic in xp̄o
fuit oīs plenitudo grāe. in aliis autē sāctis fuit gra
tia limitata ⁊ ad certā speciē siue ad certū modū
habendi terminata. Sicut etiā a capite mēbri in
fluitur motus et sensus: sic a gratia christi nobis
influit̄ sensus deuotionis et motus bone operati
onis. Et ideo signanter iste color dicitur gratia-
lis affluentie. quia sua gratia omnē perfectionē
gratie comprehēdit. ¶ Tertio patet. Nā tanta
fuit excellentia caritatis christi ꝙ non solū men
tem ipsius inseparabiliter cōiungebat ipsi deo:
verūetiā totam humanā naturā inseparabiliter
vniebat diuino supposito. Et ex hoc fuit tres pre
rogatiuas nobilissimas consecutus. ¶ Prīa est
quia esse naturalis subsistentie ipsi⁹ humane na
ture est esse personale ⁊ ypostaticum ipsius verbi
diuini. ¶ Secunda est quia ex hoc christus di
citur filius dei etiam secundū naturam humanā
quia naturaliter existit in esse diuino et ypostati
co quod est propriū filii secundū naturā. ¶ Ter
tia est quia oīs honor et cultus latrie qui exhibet̄
ipsi deo: etiā secundū humanā naturam cōpetit
ipsi christo. Et ideo dicit apostolus. Adorent eum
oēs angeli dei. Et ideo bene dictū est qꝛ ille color

dicitur diuin⁹/ qꝛ sue caritatis perfectio potissi͞e mensuratur ab esse ypostatico et diuino. ¶ Propter tertiū sciendū est ꝙ isti forme exemplari debemus tripliciter conformari. ¶ Primo in hoc ꝙ homo tenetur ex caritate deo viuere/ et ei solū placere secundū vltimū posse sue cognitionis/ affectionis/ ⁊ opationis: ita ꝙ in exteriori conuersatione tā lucida exēpla sanctitatis pretendat et in interiori mentis illustratione tā in decore gratie prefulgeat ꝙ veraciter sibi cōueniat qđ de vnigenito scribit͛ Math. 17. Hic est filius me⁹ dilectus in quo michi bene cōplacui. Talis enī hō efficit͛ speculū et exēplū recte viuendi oīb⁹ secū conuersantib⁹. quia ipse suo exēplo ipsos regit virtualiter et allicit dulciter ad viuendū ⁊ placendū deo soli. Et de talib⁹ scribitur Jsa. 61. Oēs qui viderint eos cognoscent eos/ id est approbabunt vitā ⁊ sanctitatē conuersationis eoꝝ et dicent/ quoniam hoc est semen cui benedixit dñs. ¶ Secundo in hoc ꝙ homo ex caritate deo viuat scđm oīa dona virtutū et gratie que ab ipso recepit. Hec enī oīa debet per deuotā gratiarū actionem in deū refundere/ nichil de huiusmodi suis meritꝭ vel viribus ascribendo: sed omīa in primā venam diuine largitatꝭ humiliter referēdo/ vt ex hoc influentia donorū et gratiaꝝ sibi largius augeat͛. Et hoc innuit subtiliter Salomō cū dicit Ecclesiastes p̄io. Ad locum vnde exeunt flumina: reuertuntur vt iterū fluant. quia ꝑ hoc ꝙ homo dona gratiarū per humilem recognitionē in deum refundit: sibi fluxus gratie copiosius ampliatur.

¶ Tertio in hoc q homo ex caritate dei diligat
sm oez modu et forma quo ipse eu primo dilexit
Constat eni q xps dilexit hoiez fortiter/dulciter
et constanter. Fortiter quide: qr tato amore et ta
sitibudo desiderio nraz salute appetiuit: q cora
pylato stas ad iterrogata noluit respodere: ne ex
respo͂sione data plongaret tepus sue passionis et
nostre redeptionis. Dulciter quoqz: qr ta prompto
affectu et leta mente ex caritatis dulcore/ pro nobis
passus est: ac si passionis acerbitate et amaritudi
ne et exprobratois calamitate sibi sumas delicias
reputaret. Costanter vo: qr ta pseuerater nos di
lexit: q viculu amoris nuq ad mometu dissoluit
quod pz per hoc q vnione sui cu natura humana
nec propter mortis acerbitate/ nec ppter penaz
atrocitate/et opprobriorum multiplicitate vnq ad
mometu voluit separare. Et ideo leo papa dicit
q tata fuit illa vnio: q nec penis /nec opprobriis
potuit separi/nec morte dissolui. Sic et tu si velis
iprimi forme exeplari sue dilectois: debes ipz di-
ligere ardenter: ita q ardor sue dilectiois oez tra
sitoria affectione i te absorbeat et adeo dulciter
q in dulcore sue dilectois tibi ois aduersitas tra
sitoria dulcescat. Et adeo pseueranter/ q res nul
la trasitoria te ab ipsi9 amore euellat. dices vera
citer cu aplo. Quis nos separabit a caritate xpi?
Sic ergo patet tertio quomo christum debeam9
adorare caritate perfecta. ¶ Sed est sciendu q
contra istud pceptu faciunt gulosi/superbi/et cu
pidi. Na superbus pro deo colit vanam gliaz. cu
pidus pecunia. gulosus ventre/siue vetris inglu-

nit. Vñ apostol⁹ ad ephe. 5. dicit q̇ auaricia est ydoloꝝ seruit⁹. Et de gulosis dicit/quoꝝ de⁹ venter est. philipp̄. 3. Nā hoc est regulare s̄m augustinũ et hieronimũ q̇ illud qđ vnusquisq̧ supra deũ vel equaliter deo diligit: q̇ hoc sibi ꝓ deo sit q̇ diu illud diligit ⁊ pro deo sibi cõstituit. Sed est sciendũ q̇ supbia in triplici genere pro deo cõstituit ⁊ colitur. q̃nq̧ eni supbia in põpa singulari exercetur: sicut in cõuiuiis/in torneamentis/et in vestibus p̄ciosis: et hoc est mortale si fiat ꝓpter põpā vel ostentationē: aliter nõ. puta si fiat ꝓpter exercitiũ militare/vel vt homo decenter aliis cõuiueret. q꞉ q̃nq̧ etiã exercet in virtutib⁹ et religiosis actib⁹. Et illa secundũ augustinũ est deterior prima/eo q̇ magis decipit sub religionis specie. Et hoc cõtingit quattuor modis. Prio cũ q̇s bonuȝ qđ hȝ a se hr̄e estimat. sicut fecit pharise⁹ publicano se p̄ferẽs Luce 18. Secũdo cũ hoc datũ credit ꝓ suis meritis sibi erogatũ. Tertio cũ q̇s iactat se hr̄e qđ nõ habet: tñ sibi datũ putat. Quarto cũ abiectis ceteris singulariter vult videri. Hec glo. super illud Luce 18. Duo hoĩes ⁊c. Q̃nq̧ vero exercet in sacramẽtis. sicut cũ q̇s per contẽptũ ⁊ inobedientiã se abstinet a cõione/et nõ cõfitet tẽpore statuto ab ecclĩa. Et si hoc ex temeritate fiat: pctm̃ mortale est: non autẽ si fiat ex obediẽtia et reuerentia sacramẽti. Generaliter autẽ cõtra istud preceptũ faciunt q̇ cõfitent deuȝ ore: factis autẽ ipsũ negant. De q̇b⁹ dñs conq̇rit Isaie 29. Populus hic labiis me honorat: cor autẽ eoꝝ lõge est a me. Ex istis patet qualiter sit confitendũ

de transgressione huius precepti. Et primo de prima
expositione. Si quid contra deū deliquisti corde
aliqua contra fidē sentiendo vel tenēdo. Ore: ali
qua cōtra fidē dicendo vel veritatē doctrine fidei
deridendo siue subsannando. Opere: incantatō
nes exercendo/ vel exercentibus fidē adhibendo
dies egyptiacos et certas lunationes supsticiose
obseruando. verā fidē debiliter tenendo ⁊ eā pvi
talia opa nō exercēdo/ vel etiā articulos fidei ne-
gligenter addiscendo. ¶ Itē de secūda expōe
Si in aliquo bono creato spem tuā posuisti. Si
per nimiā solicitudinē spem tuā a diuina proui-
dētia subtraxisti. Aut si alios verbo vel exēplo a
spe diuini adiutorii retraxisti/ et pro spe eterne sa
lutis ⁊ diuini suffragii non orasti: sed potius pro
sanitate vel vtilitate aliqua corporali. ¶ Itē de
tertia expositione. Si aliquid vltra deū dilexisti
vel etiā si actiones tuas pcise in ei⁹ amorē vel ho
norē nō ordinasti/ vel si vitā tuā exemplari sue di
lectionis cōformasti. et breuiter qđqđ cōtra cari
tatē deliqsti. Ex quib⁹ etiā patere pōt q necessa
riū sit cuilibet ad discretū confessorē recurrere p
quē de predictis valeat informari plenarie.

Secundum preceptum

Non assumes nomē dei tui ī vanū Exo. 20.
vbi fm augustinū, phibet iuramētū friuolū ⁊ eti
am piuriū. Vterqꝫ enī ⁊ q̄ p nullo iurat ⁊ q̄ false
iurat assumit nomē dei sui ī vanū. Nā primus sine
causa noiat sūmā ꝟitatē. Scḋs aūt cōtēnit eā p
iurando. Et hoc preceptuꝫ tripliciter exponitur

Secũdũ preceptũ.

¶ Primo de transgressione iuramẽti vt sit sẽs⁹ Non assumes nomen dei tui in vanũ: execrabiliter scz iurando/vel etiam periurando. Circa q̃d sunt tria per ordinẽ declaranda. ¶ Primũ est qualiter et quibus modis istud preceptum male iurando violetur. ¶ Secundum est que sunt attendenda in hoc ꝙ aliq̃s licite ⁊ sine peccato possit iurare/vel iuramẽtũ recipere. ¶ Tertio vidẽdum est que sunt illa per que quis a peccato periurii merito retrahatur. ¶ Propter primũ sciẽdum est ꝙ nomen dei in vanũ assumitur male iurando tripliciter. ¶ Primo quidẽ iurãdo vane et inutiliter /et hoc fit diuinã veritatẽ sine causa nominãdo et obtestando. ¶ Secundo iurando dolose et fraudulenter. vt in contractibus ꝓximuz decipiendo et iurando rẽ tuã meliorẽ esse q̃ sit/vel plus constare q̃ fecit. ¶ Tertio iurãdo temerarie et pertinaciter: et iteruz fit tripliciter ¶ Prĩo execrabiliter iurando. vt cũ aliquis iurat per viscera dei/vel intestina/vel per pulmonem et huiusmodi. sicut communiter faciunt flamingi ¶ Secũdo irreuerenter iurando. vt cum quis sine causa iurat per quinq̧ vulnera christi. Hec enim iuramenta q̃tũcunq̧ sint vera: sunt illicita. quia primum sonat in dei blasphemiam eo ꝙ aliquid deo ascribitur quod non conuenit sue dignitati: secundum autem sonat in dei irreuerentiam/ quia magna est deo irreuerentia sua vulnera preciosa in vanum assumere: vnde nobis tota salus effluxit. ideo si talia iuramenta ex deliberatione fiant: sunt peccata mortalia.

Propter qđ in ꝗbusdā locis talia iuramenta sic sūt restricta: ꝙ q̄cūqꝫ deū talib⁹ offēdit/ aurē vel digitū/vel etiā qn̄qꝫ liguā amittit. Si autē talia fiāt ex cursu ligue et īdeliberate sunt venialia si-cut et primi motus infidelitatis. ¶ Tertio per iurando sciēter / et veritatē diuinā ꝑtinaciter cō tēnendo. ⁊ hoc etiā ꝯm theologos ⁊ etiā iuristas cōtingit q̄ttuor modis. Et ī quolꝫ eoꝝ ꝑiuriū cō-mittit̄. ¶ Prīo cuꝫ q̄s iurat scienter falsū. ⁊ hoc est semꝑ pctm̄ mortale/ sec⁹ q̄ ignorāter hoc facit putās esse verū qđ iurat. Et nō soluꝫ q̄ ꝑiurat/ sꝫ etiā ille q̄ disponit plena volūtate iurare/ etiā an teq̄ꝫ ꝑiuret videt̄ esse periur⁹ cēsendus. qꝛ de⁹ nō iudicat ex operib⁹ sed ex cogitatiōibus. vt. 22. q. vltima in decreto. Sciēdū tn̄ ꝙ ꝑiuriuꝫ solēniza tū ⁊ deliberatū est grauissimuꝫ pctm̄. Qn̄ ꝑ tres digitos quos ponit suꝑ sctōs libros significat̄ ꝙ corp⁹ et aīaꝫ ⁊ res siue famā ponit in ꝑtāte dia-boli. Deliberatū autē iuramentuꝫ sꝫ nō solēniza tum si tn̄ furiose iuret et plene deliberet: tunc est pctm̄ mortale. Si autē hoc facit vel fiat solo cur su verboꝝ nō solēnizatuꝫ nec deliberatū est pctm̄ veniale. ¶ Secundo mō dicit̄ periuriū iuratio ī discreta siue dubia. vt cum quis iurat de quo du bitat an sit veruꝫ. et hoc si fiat ex deliberatione ⁊ proposito: sic est peccatuꝫ mortale. et maxime qn̄ est solennizatum. Si auteꝫ fiat incaute et iocosa leuitate: sic est peccatum veniale. ¶ Tertio dici tur periuriuꝫ iuramenti transgressio. aut igitur iuramētuꝫ est illicitū. vt cum quis iurat nō dare elemosinā: ⁊ sic fit ꝑiurus ipso facto/ et peccat nō

dando ꝛ iurādo/sed nō peccat cōtra veniēdo. Et ſm iſidorū. 22. q. 4. Qđ incaute vouiſti nō facias impia eſt enī promiſſio: q̄ ſcelere adīplet̃. Ī malis ꝓmiſſis reſcinde fidē/ꝛ in turpi voto muta decretū. Aut eſt licitū. vt cū quis iurat ꝙ nolit ludere ꝓ poculento vel eſtulento. et ſic ſemꝑ mortaliter peccat quotiēſcūqꝫ ludit. Si autē quis iurat elemoſinā dare/vel ieiunare/vel peregrinari: tunc ſi tranſgredit̃ ex neceſſitate vel īpotentia: a piurio excuſat̃. Si autē ex voluntate periurus efficitur. extra de iureiurando. querelam. ¶ Quarto modo dicit̃ periuriū receptō iuramenti. Qui ei iurat et periurare cōpellit: vterqꝫ per iurus eſt vt patet 22. q. 5. ca. pūo. Qui cōpulſus. Cuius ratō eſt. Qui enī aliquē cōpellit ad iurandū et ſcit eū falſū iurare: vincit homicidā. qꝛ iſte occidit corpus: ille aīaꝫ/īmo duas aīas/ſcꝫ illi⁹ q̄ falſū iurat et ſuā ipſius qui recipit. Vt patet 22. q. 5. capitulo. Qui exigit. ¶ Propter ſecundū ſciēdū eſt ꝙ ad hoc ꝙ aliquis poſſit licite exigere vel iuramētū recipere: cōſiderādū eſt ꝙ exigens iuramentū aut eſt perſona publica vt puta iudex. et ille non peccat. quia tenetur ex ordine iuris iuramentuꝫ recipere ſiue ſit verū ſiue falſum. Aut eſt perſona priuata: et tunc aut exigit ad obligationis cōfirmationē: ꝛ hoc fit ſine peccato. Aut ad veritatis ſubuerſionē. vt cū ſcit eum falſū iurare: et ſic mortaliter peccat. Aut ad dubitationis remotionē. vt qñ ꝓ re litigioſa iurat̃. et ſic nō peccat iuramentū exigēs cū ſit finis cōtrouerſie. vt ſcribit̃ ad hebreos 7. Poteſt etiam aliquis probare in-

nocentiā suā iuramento ꝛ debet sibi credi nisi cō trariū possit ꝑ testes ꝯuinci fide dignos. Ad hoc autē ꝙ aliquis possit sine omī pctō iurare et iuramentū recipere: tria requiruntur. ¶ Primo veritas ex parte conscientie. ¶ Secundo iudiciū id est discretio siue deliberatio ex parte rationis ¶ Tertio iusticia ex parte rei iurande/id est ꝙ illud qđ iuratur sit iustū et licitū. Et predicta tria secundū hieronimū dicunt comites iuramēti qꝫ debēt comitari qđlibet iuramentū licitū ꝓut notauit idē hiero. sup Jeremiā. ꝛ 22. q. 2. Animaduertendū est ꝙ iusiurandū habeat hos comites veritatē iudiciū atqꝫ iusticiā. Si aūt ista defuerit: neqꝫ ꝙ iuramētū erit sꝫ piuriū. Itē q falsū iurat mentit. Mētiendo aūt iurare nichil aliud est ꝙ deierare/idest periurare siue periurium cōmittere. ¶ Propter tertiū est sciendū ꝙ qlibet merito a piurio debet retrahi ꝓpter tria mala q̄ ex piurio incurrimꝰ. ꝛ similiter ꝓpter tria bona q̄ ex piurio amittimꝰ ¶ Primū malū est penitētie austeritas. qꝛ ꝟm canones ꝑ piurio manifesto ꝛ solēnizato: debet īponi penitētia septēnis. vt pꝫ de illo q deierat/id est valde vel firmiter iurat. 22. q. 5. vbi sic habet. Si quis se periurauerit. ¶ Secundū malū est reatus īmanitas. qꝛ scđm Hostiēsē. hoc crimen ī penitētia cōparat homicidio volūtario. immo ꝟm augustinū 22. q. 5. Qui cogit alium iurare duplici ratione superiꝰ tacta vincit homicidā. ¶ Tertiū malū est fame irrecuperabilitas. qꝛ periurꝰ infamis efficitur/vt postea q̄tūcūqꝫ peniteat: in testimoniū nō admittitur. Extra

de testi. ca. Testimoniū. et ca. Sicut. Sūt etiam tria bona q̄ piurio amittim⁹. Amor nāq̄ veritatis tria bona facit qb⁹ hō ex piurio denudatur.
¶ Primū bonū est q̄ amor et cōseruatio veritatis hoīez a seruitute liberat. Vñ scribit Johis. 8 Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Si māseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatē et veritas liberabit vos. glosa. In presenti veritas fidei liberat a seruitute culpe in quo inchoatur libertas vera. Et in futuro a seruitute miserie quando ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis / in libertatē glorie filiorꝫ dei. vt habet ro. 8. Et tunc libertas perficiet. quia aīa erit subiecta soli deo ī quo cōsistit eius libertas. Propter quod dicit Augustinus. Voluntas tua erit libera si fuerit pia. Pia autē est seruit⁹ dei: et corpus erit subiectū oīno aīe per dotes glorie. ¶ Secundum bonū est q̄ conseruatio veritatis ipsū hominē oībus donis et virtutibus fecundat. Ecclesiastici. 24. Penetrabo oēs inferiores partes terre et illuminabo oēs sperantes ī dn̄o. ¶ Tertiū bonū est q̄ hoīez de adeptione beatitudinis assecurat. Sapien. 6. Concupiscentia et amor sapiētie perducit hoīez ad regnū perpetuū. Sed hoc est notāter sciendū q̄ ex illo q̄ xp̄s dicit Mathei. 5. Ego vobis dico non iurare oīno: quidā simplices sumpserūt occasionē erroris sic intelligētes q̄ xp̄s inhibuerit oē iuramentū tanq̄ oīno illicitū. et hoc multi heretici senserunt ⁊ sentiūt. Sꝫ hoc non est verū q2 xp̄s ī hoc verbo nō prohibet simpliciter iurare:

sȝ solū sine causa legitima et necessaria nō sit iu rādū .et hoc ad periurii periculum euitandum'.

Secūdo exponit hoc de trāsgressione voti sub hoc sensu. Nō assumes nomen dei tui in vanū votū scȝ deo factū transgrediendo. quia secundū hugonē de sacramentis libro scdo parte secūda. capitulo quarto. et magistrum sententiarū in 4. di. 38. Uotuȝ est testificatio quedā promissionis spontanee que ad soluȝ deū et ad ea que dei sunt refertur. Ex hoc patet q trangressio voti hoc precepto prohibet. Unde ad maiorē euidētiā huius circa votū sunt qttuor pro presenti inquirenda. ¶ Primo quid sit votum et quot requiruntur ad ipsum. ¶ Secundo vtrū votū licitum semp obliget ad seruandum. ¶ Tertio vtrū post votū simplex possit quis matrimonium contrahere. ¶ Quarto vtrum melius sit facere aliquid ex voto q̄ sine voto.

Propter primū sciendum est q votū nichil aliud est q̄ spontanea promissio cum deliberatione vel obligatiōe firmata. Ex hoc patet q ad votū tria requiruntur. ¶ Primū est propositū voluntatis quod debet fieri ex animi libertate/ nō aūt ex coacta necessitate. Et ex hoc patet q si quis cogatur metu cadente in cōstantē virū ad aliquid vouendū: non tenetur exoluere. 33. questione. 5. notificasti. ¶ Secundū est deliberatio voluntatis. quia si quis subito bonū alquod cōcipiat: nō obligatur ad seruādū ex voti necessitate/ sed solū ex quadā decentia et cōgruitate inq̄tum diuinis et bonis instinctibus non est resistendum.

¶ Tertiū est q votū sit de re bona. qr si de re mala nō obligat. dicente Isidoro. In male pmissis rescīde fidē/ et ī turpi voto muta decretū. et ponit 22. q. 4. ¶ Propter secūdū est sciēdū q votū licitū semp obligat ad seruādū si vouens sit sui iuris. qr ei⁹ trāsgressio est pctm mortale/ except ī qtuor casib⁹. ¶ Prim⁹ est. Si aliqs voueat sub cōditōe: tūc ei nō existēte cōditōne: nō tenet exoluere votū. puta si aliqs vouit btē Xgini ieiunare vt sanet: talis nō tenet ad solutionē si nō sanat ifra tēp⁹ pfixū. ¶ Scds si accedit dispēsatio ei⁹ q pōt q tū nūq debet fieri ī voto nisi ī eque bonū vel ī meli⁹ cōmutet. Cui⁹ gra qri pōt. Utrū papa in voto ptinētie solēnizato possit dispēsare? Ad qd cōmuniter respōdent Hugo/ Johānes/ Hostiēsis et Innocenti⁹ q sic. qr in oī voto sicut in oī iuramento intelligit excepta potestas pape/ ideo hoc dicit posse de plenitudine ptātis/ et maxīe si cōis vtilitas regni vel puīcie hoc exposcat. Sz albertus sup qrto sentētiaꝝ dicit q votū cōtinētie solēnizatū nullo mō recipit dispēsationē/ qr hoc p nichil meli⁹ et dignius poterit cōpensari cū nō sit digna pōderatio aīe cōtinent. vt scribit Ecclesiastici 26. Et extra de sta. mo. ca. Cū ad monasterium. in fi. sic habet. Custodia castitat adeo cōnexa est regule mōachali vt cōtra eā nec sūm⁹ pōtifex possit licētiā īdulgere. Innocēn. 3. Ān iuxta sentētiā magnoꝝ doctoꝝ papa ī voto cōtinētie dispensare nō pōt. Nec valet illud quod dicit de vtilitate regni vel puincie. qr secundū Augustinū Non sunt facienda mala vt eueniāt qcūqz bona.

Unde consilio btī Mathei. Effigenia virgo deo dicata: noluit nubere regi hirtaco cū tñ se cuȝ oī populo ꝓmitteret fieri christianū / nec matheus apostolꝰ ad hoc cōsentire voluit: sȝ pro eo potius mortē sustinuit. Et hāc opinionē sḡm ꝑiudicio reputo meliorē ⁊ tutiorē. Castitas sola est q̄ pōt cuȝ fiducia deo aīas p̄ntare. In autēti. De lenonibꝰ .§. Sāximꝰ. col. 3. Qui tñ oppositum vellet: diceret tali mō. q2 si nō pōt: aut hoc est q2 votū: aut q2 solēne. sȝ nō q2 votū: q2 tūc nō posset ī aliquo voto dispensare. qđ est falsū. nec q2 solēne q2 solēnitas est ab ecclīa. ⁊ ideo sup eā pōt papa. Vñ dico ꝙ pōt papa ꝓpter bonū cōe. Et qđ dicit̄ ꝙ nō est digna pōderatio aīe continētis: ibi cōtinētia non simpliciter capit̄ pro castitate: sed pro connexu virtutū qui restringit oīa illicita. Et etiā ꝙ Matheus non dispensauit: hoc erat quia nō videbat expedire. vel quia non pertinebat ad eū cuȝ esset episcopus et non pontifex sūmus / nec dispensat̄ vt fiat malū propter bonum: sed ne minꝰ bonū amittatur / quod scilicȝ est bonū cōmune. ¶ Tertius casus est. si impotentia et impossibilitas accidat. Nam quicq̄d votū fiendū īpediret si p̄sēs esset: hoc ipsū superueniēs voto facto aufert obligationē. Vñ si aliq̄d possibile dū voueret postea fiat īpossibile: tollit̄ obligatio q̄tuȝ ad hoc. puta si aliq̄s diues vouerit edificare ecclesiā et postea pauptate supueniente eā perficere nō possit non obligat̄: sed tamen sic intelligendo si factus est īpotens totaliter: absolutus est a toto. Si autem impotens sit in parte ita ꝙ totum perficere non

possit: tunc solū remanet obligatus ad illud qđ
potest et non ad aliud. ¶ Quartus casus est. Si
vouens non sit sui iuris. Cū enī votū sit sponta=
nea promissio meliorꝫ boni cū animi deliberati=
one firmata vt visū est: patet ꝙ ille solum vouere
potest et ꝑ cōsequens ꝑ votū suū obligat ꝗ sui iu=
ris existit. scđa scđe. q. 88. Et ideo quicūqꝫ subest
volūtati aliene: nō potest vouere id qđ ipsū a de=
bito subiectionis impediat. Tho. ar. 8. in solu.
primi argu. Vn̄ seru⁹ ꝗ subest dn̄o nō pōt ꝗcꝗ vo
uere qđ ipz a seruitio dn̄i ipediat. in solu. scđi ar.
Vir aūt ꝗ subest mulieri quoad redditionē debi
ti/et mulier ecōuerso nō pōt vouere cōtinētiā sn̄
licentia cōiugis. Nec etiā pegrinatōes lōgas. ex=
cepto voto terre sctē. 33. q. 5. Si dicat. Licz absti
nētiā ⁊ similia vir posset vouere sine licētia vxorꝫ
Mulier aūt ꝗ subest viro ī oīb⁹ nichil pōt vouere
sine licentia viri. nec etiā monachus sine licētia
prelati. Thomas vbi supra. Cū nullū tēp⁹ exce=
ptū sit: ī quo nō possit ꝑlat⁹ subditū circa aliqđ
occupare: ideo nullū votū religiosi firmū est/nisi
de cōsensu ꝑlati. qꝛ religios⁹ nō est sue ptātis. 28.
q. 4. Monach⁹. Similiter eps̄ qui subest pape ī
his que ad episcopatū pertinēt non potest voue
re peregrinationes longas/nec etiā religionē in
trare sine cōsēsu pape. extra de vo. et vo. redēptꝫ
Magne deuotiōis. Abstinētiā aūt et elemosinā
et similia hui⁹ potest vouere per ꝗ nō retrahit ab
administratione sibi cōmissa. Cleric⁹ autē secu
laris qꝛ subest epo ꝗtū ad bn̄ficiū: ideo nichil pōt
vouere qđ ipsum retrahat a seruitio bn̄ficii/licet

alia vouere posset in quib⁹ sui iuris existit. Fili⁹ familias q2 subest patri/ ĩ his q̃ ad regimē dom⁹ ꝑtinēt: ideo circa talia nichil vouere potest sine patre. Sed religionē intrare ⁊ alia in quib⁹ patri nõ subest/ sine licētia ei⁹ vouere potest. Et hoc notant Gaufrid⁹ et Hostieñ. C. Sꝫ cũ mulier nichil vouere possit sine consensu viri: merito q̃rit vtrũ peccat votũ aliqđ emittẽdo sñ ꝯsẽsu mariti? Ad hoc dicẽdũ est q̄ nõ/ nisi hoc faciat temerarie scđa scđe. q. 88. Licꝫ ei votũ vxoris ⁊ oĩꝫ huiusmodi q̃ nõ sũt sui iuris/ nõ sit firmũ sine cõsensu eoꝝ q̃b⁹ subiiciunt̄: nõ t̄ñ peccãt vouẽdo absolute loquẽdo. in sol' scđi articuli: q2 ĩ eoꝝ voto intelligit̄ debita cõditio/ scꝫ si suis supiorib⁹ placuerit vel nisi expsse renitant̄. ĩ talib⁹ enĩ sufficit tacit⁹ consens⁹/ s̄m Innocentiũ: puta si superior sciat ⁊ nõ cõtradicat 20. q. 2. Si in q̃libet. Sciendũ t̄ñ q̄ lꝫ vxor nõ possit aliq̃d vouere sine cõsensu viri: si t̄ñ faciat nõ debet cõtravenire auctoritate ꝓpria: sꝫ vir eius potest irritare etiã si vouit anteq̄ matrimoniũ sit cõtractũ dũ mõ nõ fuerit adĩpletũ. ĩmo etiã qđ plus est si mulier de ꝯsẽsu viri voueat abstinẽtiã/ peregrinatõnẽ/ ⁊ huiusmodi. ⁊ postea vir eius executionẽ ꝓhibet ei: debet obedire viro et nõ peccat viro obediendo / licet vir ei⁹ peccet illud quod cõsenserat retractando vel etiã ꝓhibẽdo. 33. q. 5. ca. Noluit. In hoc t̄ñ distiguendũ est. quia aut dedit licentiã ĩ facie ecclesie et q̃si in iudicio: et tunc s̄m petrũ nõ potest reuocare. Aut dedit in priuato: et tunc ante vsũ licẽtie põt reuocare. puta si dederit licentiã de ingressu religiõis


sed postea non potest. Unde Thomas ⁊ etiā Albertus dicūt ꝙ si vir licentiā cōiugi dederit de castitate vouenda non potest eā post votū emissū reuocare. Sz ītellige ꝙ hoc nō pōt sine pctō. Sz si vir solū dissimulet: ⁊ post plenā deliberatōez reuocare velit: potest. et mulier tenet et obedire. Cuius causā videt dare Innocētiꝰ dicēs. Qui dat licentiā vouendi nō ꝑpter hoc impedit exigere debitū nisi ⁊ ipse similiter voueat. Illa tn̄ que vouit impedit ab exigendo et non a reddendo. Sz forte dices. Nūqd vir peccat irritando votū vxoris qđ sine cōsensu suo emiserat? Dicendū ꝙ nō quia vtit suo iure diuinitus sibi concesso et etiaz a canone sibi indulto ¶ Propter tertiū scz vtrū post votū simplex continentie possit aliquis contrahere matrimoniū: sūt tria videnda. ¶ Nā primo ostendendū est ꝙ mortaliter peccat qui post votū simplex contrahit matrimoniū. tū qꝛ facit contra ꝑceptū diuinū quo dicit vouete ⁊ reddite tū quia in foro cōscientie ⁊ apud deū tm̄ obligat ſm doctores votū simplex: quātū solēne. Extra. Qui clerici vel vouētes possunt matrimoniū cōtrahere. ca. Rursus. Celestinꝰ. iiiꝰ. Quidā. Ex quo euidēter pꝫ ꝙ̄ ꝑphane aliq̄ cōsulūt et licenciant personas cōtrahere matrimoniū post votuz simplex emissū cōtinentie qui peccāt tripliciter. ¶ Pᵐo. qꝛ suo ꝯsilio hoīes ad pctm̄ īfidelitatꝭ īpellūt. Nā trāsgressio voti sicut ⁊ iuramēti videtur q̄dā abnegatō dīne veritatꝭ. Et ideo post ydolatriā pctm̄ ꝑiurii ⁊ trāsgressio voti vident secundū locū tenere ī grauitate pctī. ꝑpter qđ etiam

vtrũqꝫ prohibetur in secundo precepto qḋ imme diate se habet ad primũ. ¶ Scḋo peccant quia personã illã maxĩo exponunt periculo/cũ secũdũ certiorẽ opinionẽ nũq̃ possit debitũ petere sine peccato ¶ Tertio qꝛ dignitatẽ angelicã homini adimunt. quod patet. quia per cõtinentiã homo puritati angelice conformatur. ĩmo etiã per eam dignitatẽ supergreditur angelicã. quia secundũ hieronimũ. Continẽtiã in carne corruptibili seruare est dignius et excellentius et maioris meriti q̃ eã per naturã habere. ¶ Secundo videndũ est cũ ille qui post votũ simplex ꝯtinentie postea iurat se cũ aliqua cõtrahere vtrũ plus debeat seruare votũ q̃ iuramẽtũ? Dicẽdũ q̆ votũ ſuãdũ ẽ etiã si postea iurauit vxorẽ ducere/ꝛ ꝓ temerario iuramẽto penitẽtiã agat. Licꝫ hostiẽsis ĩ casu cõtrario (vt cũ p̃rĩo iurauit vxorẽ ducere ꝛ postea votum ꝯtinẽtie emisit) dicat magis seruãdũ esse iuramẽtũ q̆ votũ. ¶ Tertio vidẽdũ est an votũ sit magis volũtariũ q̃ iuramẽtũ? Et dr̃ q̆ sic. Nam obligatõ voti causatur ex fidelitate quã deo debemus ex q̃ tenemur vt verificemꝰ qḋ ꝑ votũ ei ꝓmisimꝰ. Oĩs aũt ĩfidelitas est irreuerẽtia et nõ ecõuerso. qꝛ ĩfidelitas videẜ esse maxĩa irreuerẽtia q̃re cũ ĩfidelitas ĩportet maximã irreuerẽtiã: maior videẜ esse obligatio voti q̃ iuramẽti: si attẽdamꝰ ad propriã rõnẽ obligatõis vtriusqꝫ. Qḋ aũt hostiẽsis dicit vtrũqꝫ esse eiusdẽ firmitatꝭ hoc potest verificari q̃tũ ad idẽtitatem obiecti. qꝛ vtrũqꝫ obligat ipsi deo. Sꝫ quãtũ ad rõnẽ obligãdi: maior videtur esse obligatio voti vt dictum est.

Secundũ preceptum.

¶ Propter quartũ sciendũ est q multo meli⁹ est facere aliqd ex voto q̄ sine voto. qđ pȝ ex tribus. ¶ Primo qr vouere est act⁹ latrie q̄ est nobilior virtus. Cõstat aũt q act⁹ qui a pfectiori ṽtute pcedit vel elicit est nobilior. quare ꝛc. ¶ Secũdo qr ſm anselmũ libro de similitudinibus. Perfectius est dare arborẽ cũ fructu / q̄ fructuȝ sine arbore. sed constat q bona voluntas est quasi arbor fecunda. actus autẽ cõtinentie est quidã fructus bone voluntatis. cũ igitur qui continet sine voto det solũ fructũ / qui autẽ ex voto cõtinet etiã ipaȝ voluntatẽ bonã cũ oĩ fructu ex ea veniente deo ppetuo dedicat: patet q multo melius est continere ex voto q̄ sine voto. Nec valet instantia si dicatur q continens sine voto libere continet. qui autẽ ex voto continet: ex necessitate continet. Melius autẽ videtur aliquid fieri ex libertate q̄ ex necessitate. quare. ꝛc. Ad hoc respõdet Anselm⁹ libro scđo. Cur deus homo / q felix est necessitas q̄ hoĩeȝ ad meliora cõpellit. constat autẽ q necessitas que nascitur ex voto procedit ex libera volũtate qua homo spõtanee se deo per votũ obligat quare ꝛ cetera. ¶ Tertio hoc idem patet qr per votũ voluntas immobiliter firmatur in bono. facere autem aliquid ex voluntate magis firmata ad bonũ / hoc est perfecti⁹. qr pertinet ad pfectionẽ virtutis. vt patet 2. ethicoꝝ. quare. ꝛc.

Tertio exponitur de trãsgressione vbi maledicti: sic. Nõ assumes nomẽ dei tui ĩ vanũ vbo .s. maledicto. Et sic ptigit q̄ttuor modis peccare



¶ Primo nõ maledices deo sicut lusores faciũt cũ nõ prosperant̃ ĩ ludo taxillorꝫ qui culpã dyabolicã retorquẽt ĩ diuinã innocẽtiã et deo maledicũt. qđ etiã horrendũ est audire. Horꝫ viciorꝫ pticipes sũt qui talibꝰ conuiciantibꝰ hospicia cõcedũt. Et q̃ vestimenta illorũ delusa diuidũt/ vel q̃ cũ ipis familiariter viuunt vel ab ipsis sortẽ lucri recipiunt. ¶ Secundo nõ maledices alicui sctõ/ ꝛ spãliter btẽ vgini put faciũt iudei blasphemi. Tales nõ possũt absolui nisi ab epo vel eiꝰ penitẽtiario. et maxĩa debet eis penitẽtia ĩponi/ put dicit̃ extra de maledicis. li. 6. Statuimꝰ. Ubi plura inuenies de hoc in textu ꝛ in glosa. ¶ Tertio non maledices dei verbo/ ipꝫ scꝫ subsannãdo/ vel etiã pdicationẽ ĩpediẽdo. Cõtra qđ faciũt qui vba pdicatoris derident/ vel ad ipsũ ĩpediẽdũ clamores vel risus et alias trufas exercent. ¶ Quarto nõ maledices diuine voluntati/ vt faciunt illi q̃ maledicunt aure pluuiali vel corꝑ infirmitati seu etiam rerꝫ pditioni ppter que multi maledicũt deo vel etiã sibiipis. Exemplũ de clerico p q̃ttuor annos infirmãte dicẽte deo. tu accepisti michi corpus: ꝛ ego auferã tibi aĩaꝫ. Dyabole veni: ꝛ aĩaꝫ meã accipe. qđ diuino iudicio factũ fuit. Notandũ tñ ꝙ maledictio q̃nqꜫ pcedit ex voto vltionis et odio psequẽtis. et hoc phibet̃ qꝛ est pctm̃ mortale. q̃nqꜫ etiã pcedit ex amore iusticie/ et hoc cõceditur/ nec est pctm̃ cũ etiã sancti ea vsi sunt. qđ patet 24. q. 3. Cum sancti. ¶ Insuper est sciẽdũ ꝙ istud preceptũ tripliciter violatur a multis christianis/ videlicet corde/ ore/ ꝛ opere. Corde quidẽ

ſicut illi qui ſolo noīe chriſtiani vocantur rē et veritatē noīs abnegantes. quia licet ſacramētum baptiſmi receperint: re tñ ſcramēti / id eſt gratia carent. Ore vero ſcz mala iuratione voti transgreſſione / verbi dei deriſione: ꝑdicatiōe q̄ fit mala / et vana intentione / et etiā īdeuota orōne. De quo dicit Jſaie. 29. Popul⁹ hic labiis me honorat: cor. ꝛc. Opere xō ſicut ypocrite q̄ nomē dei in vanū aſſumūt ī ſimulatōe operis exterioris / ꝛ non in pietate cordis. Bene nāq3 illud in vanū recipiūt qui vanā gliam appetētes mercedē ſuā receperunt. Ex ꝑmiſſis diligēter cōſiderāti p3 q̄liter q̄s de iſto ꝑcepto debeat confiteri.

Tertiū preceptū eſt Memento vt diē ſabbati ſanctifices. Hoc preceptū refert ad ſpiritusſancti gratiā ſiue bonitatē ſicut ſcðm ad filii veritatē. et primū ad patris poteſtatē. Doc3 aūt hoīe3 ꝑ affectū deuotionis totaliter hac die quieſcere: ita ꝙ ſi hō quicq̄ ī orōnib⁹ vel bonis operib⁹ ꝑ totā ſeptimanā neglexerit: hoc recupet iſto die. Aū ad euidētiā hui⁹ ꝑcepti p̄io querit quare homī fuit datū?. Ad quod dicendū eſt ꝙ hui⁹ triplex eſt ratio litteralis. ¶ Prima eſt diuini cultus vacatio / vt homo iſto die ſimpliciter deuotioni ſtudeat. Et quidquid boni alio die neglexerit: hoc iſto die potiſſime reſtauraret.

¶ Secunda ratio fuit auaricie reſtrictio. Unde non tantū ab operibus mechanicis / ſed et a mercaturis iſto die abſtinere debemus.

¶ Tertia fuit diuine omnipotentie maior recor

Bib. Stae Genovefae paris.

datio. qz sicut de⁹ requieuit die septimo ab oībus
opib⁹ et reb⁹ quas fecerat in obsequiū hoīs: ita
hō debet quiescere ab oī ope exteriori. vt vacet di
uine laudi. deo scz laudes referēdo ꝓ creatōis bn̄
ficio. qz de⁹ oīa ī sui obsequiū ꝛ subsidiū ꝓduxit
Est etiā hui⁹ precepti triplex rō mistica ¶ Pꝛīa
est allegorica scz q sabbatū significat requiē cor
poris xp̄i ī sepulchro ꝛ etiā cōsolationē aīaꝝ ī lī
boꝗ p p̄sentiā aīe xp̄i facta fuit ¶ Scd̄a ratio est
tropologica. qz sabbatuz significat requiē aīaꝝ ī
deo p deuotōis affectū ꝛ p cōtēplatōis exercitiū.
¶ Tertia rō est anagogica. qz significat quietē
aīaꝝ in celo ad quē p p̄sentē vacationē mētis in
deo speram⁹ ꝑuenire. ¶ Scd̄o qrit̄ q̄re dies sab
bati fuerit trāslata in dn̄icā? Ad qd̄ dicēdū est q
hoc fuit factū similiter triplici rōne. ¶ Pꝛīa ob
me moriā bn̄ficii incarnatiōis. qz sicut die dn̄ico
mūd⁹ fuit creat⁹: ita eodē die p īcarnatōis miste
rium recreat⁹ est. Et hoc beneficiū dignissimū ī
memoria iugiter est habenduz. Qz p hoc nobis
deus sūmā caritatē exhibuit: dicente aplō. Pro
pter nimiā caritatē qua deus dilexit nos: misit
deus filiū suū vnigenitū. ꝛc. Ex maxīa eī carita-
te ꝓcessit q ideo verbū eternū homo fieri voluit
vt te deificaret/ et vt hoīem abiectū ineffabiliter
exaltaret et vt hoīez mendicū thesauro diuinita
tis locupletaret. Et vt ista in nobis efficeret: lu-
men diuine claritatis abscondere voluit sub vela
mine nostre mortalitatis et potentiā diuine ma
iestatis sub velamine humane infirmitatis.
¶ Secūda ratō est ꝓpter memoriā beneficii no

stre redemptionis. Nam xp̄s illa die naturā hu-
manā de vinculis captiuitatis eripuit. In quib⁹
fere per quinq̄ milia annorū fuerat mirabiliter
captiuata/et de carcere tenebrarū eduxit. qꝛ licꝫ
aīe in libo nō haberēt penā sensus: habebant tū
penā dāni/cū priuate erant visiōe dīna. Ad quā
illa die per verbi diuini presentiā feliciter admit
tebantur. Eadē etiā die dyabolū alligauit: eius
potentiā adimendo. que quidē beneficia merito
debent in memoriā retineri et iugiter recoli cuꝫ
gratiarū actione. Ad quod monemur exemplo
Jsaie dicentis. Miserationum dn̄i recordabor.
¶ Tertio propter memoriā beneficii resurrecti-
onis que fuit causa et exēplar nostre resurrectio
nis. Nam illa die tria beneficia nobis contulit
¶ Primū q̄a mortē destruxit et eā in seipso occi
sus occidit. Nā ſm augustinū dignū erat vt qꝛ dy
abolus xp̄ꝫ innocentē peremit: potestatē perde-
ret in eos quos sua calliditate vinctos detinebat
¶ Secundū est qꝛ quādo resurrexit naturā hūa
nam veste īmortalitatis induit: cuꝫ immortalis
⁊ īpassibilis resurrexit. ¶ Tertium quia timorē
mortis a nobis abstulit: quando per resurrectio
nem suā nos de beatitudine eterna assecurauit/
cū certū sit ꝙ membra sequi debeāt vbi caput su
um precessit. Et ideo dicit Leo papa ꝙ hec dies
tantis diuinarū dispensationū est misteriis con
secrata: vt q̄dquid insigne est a deo cōstitutū ī ter
ris: in hui⁹ diei dignitatē sit gestū. vt patet ī spū
sancti missione/in episcopoꝝ cōsecratōne/⁊ ī sctī
moniali velatiōe/⁊ huiusmodi. Specialis tamē

ratio fuit translatōis ne videremur iudaizare di
em sabbati more iudeorū obseruando. ¶ Sed
est sciendū q̄ istud p̄ceptū potest tripliciter acci
pi. ¶ Primo generaliter vt cessemus a viciis.
¶ Secundo specialiter vt cessemus ab operib⁹
corporalibus et actibus mecanicis per que mēs
impeditur ne libere possit deo vacare. ¶ Tertio
specialissime vt contigit in viris cōtemplatiuis
qui ab omibus occupationibus mundanis se ab
stinēt vt totaliter deo vacent. ¶ Prima va
catio est ad salutē necessaria. ¶ Secunda est de
bita. quia conuenit obediente diuini precepti.
¶ Tertia est p̄fecta: q̄ꝛ solū conuenit perfectioni
status contēplatiuorū qui sibi et oībus mū diali
bus mortui: soli deo vacant. Et iuxta predictā di
stinctionē: istud preceptū tripliciter exponitur.
¶ Primo sic. Memento vt diē sabbati sanctifi
ces/id est sūmo studio illā diē honores nichil scilꝫ
corporalis operis in ea faciendo qđ possit īpedi-
re quietē mentis in deo. et secundū hunc intelle
ctum istud p̄ceptū contingit transgredi quattu-
or modis. ¶ Primo manualiter operando.
¶ Secundo mercationibus intendēdo. ¶ Ter
tio placita secularia frequentando. ¶ Quarto
actū iudiciarium exercendo. q̄ꝛ ius statuit vt illo
die strepit⁹ iudiciari⁹ cōq̄escat. C. de feriis. l. i. ꝫ.
K. Oēs dies iubem⁹ esse iuridicos. Imp. val. Itē
ibidē imp. Leo. K. Dies festos. Potest tñ vt di-
cit Guillerm⁹ in glo. vel pro pace tractanda vel
confirmanda licite iuramentuꝫ prestari. Ex quo
patet q̄ quicunq̄ꝫ sabbatum violat: mortaliter

peccat. Excusāt tñ qs a pctō mortali q̄ttuor modis. ¶ Prīo qdē ꝑpter laboris vel opis modicitatē. puta si labor sit tā modic⁹ ꝙ quietē mētis ī deo nō possit īpedire. Et hoc īnuit ī glo. exo. 31. sup illo v̄bo. Quicūqȝ polluerit sabbatū. glosa. turbādo quietē aīe: morte moriat̄ / scȝ aīe ⁊ corporis. Ex quo pȝ ꝙ solū ille labor q̄ turbat quietē ⁊ spūs libertatē causat pctm̄ mortale. ¶ Secūdo ꝑpter laboris necessitatē que tāta debet esse vt labor opis sine rei periculo nō posset p̄ueniri nec differri sicut cōtingit in messib⁹ ꝑpter incursuȝ hostiū et in vindemiis ꝑpter frigus / ⁊ ī captura alleciū q̄ solū fit tpe determīato. In talib⁹ enī excusat necessitas q̄ legē nō hȝ. vt pȝ extra de cōsuetudine. ca. 4. Quāta autē sit necessitas vel etiā laboris quātitas q̄ a pctīs excusat: ad arbitrium boni viri iudicādū est. Vñ dicit Guillerm⁹ ī glo. ꝙ viatores minutores / ⁊ ferratores equorū si talia faciūt nō ꝑpter questū ꝓpriū: sȝ ꝑpter necessitatē aliorū: excusāt̄ a pctō / aliter nō. ¶ Tertio ꝑpter cordis pietatē. qȝ bene licet arare ī sabbato ꝑpter deū et agrū paupis ꝑpter deū semīare vel ducere religiosis ligna et aliis miserabilib⁹ psonis. ¶ Quarto ꝑpter publicā vtilitatem. puta laborare ꝓ ponte vel via seu etiā ecclesia reparanda. dum modo hoc gratis fiat ¶ Sed hic incidit dubitatio. Cū eī obseruatō sabbati sit de p̄cepto diuino: diuinū autē preceptū sit maius q̄ꝫ humanum: videtur dubitabile / quomō ecclīa que vtit̄ potestate humana poterit dispensare in casibus predictis super transgressione precepti diuini:

Ad quod dicendū est ꝙ ecclia bene videt dispensare in predictis duplici ratione. ¶ Prio quia ecclia nō tm̄ vtit potestate hūana vt ratio supponit: sed etiā potestate diuina. ideo eadē potestate dispensat ecclia in precepto diuino/qua de⁹ ipaȝ condidit. Ex hoc patet ꝙ quicunq potestatē vel claues ecclie cōtēnit: dei potestatē cōtēnit Luce decio. Qui vos spernit me spernit. ¶ Secūdo qꝛ dispensatio vel sumit pro mandati relaxatiōe et sic verū est ꝙ ecclesia vel minor potestas nō potest dispensare in mandato superioris. vel sumit pro mandati interpretatione. puta declarando in quo casu ſm intentionē legislatoris mandatū obliget ad sui obseruantiā/ꝛ ī quo casu non. Et hoc modo ecclia pōt dispēsare in ꝓcepto diuino.

Secūdo expoītur sic. Sabbā sctifices/id est summo studio illo die precipue pctā mortalia caueas nichil ī eo facinoris cōmittendo. qꝛ multo peius est peccare vel delinqre tali die sācta ꝙ ī alia. Vñ narrat btūs Gregori⁹ ī libro tertio dyalogoꝝ/ꝙ q̄dā legitima a viro suo cognita, cū se ꝓcessioni iūgeret a dyabolo rapit/ꝛ multū ab eo vexat. Et si hoc fit ī ꝑsonis legitimis: quāta pena erit plectēdus illegitim⁹ cōcubit⁹. Vñ dicit Aug⁹ in libro de decem cordis. Dico tibi ꝙ spūaliter obserues sabbm̄ nō qūo iudei obseruāt. Corpali eī ociovacare volūt ad nugas ꝛ luxurias suas: multo autē meli⁹ facerēt si ī agro suo aliqd vtile die sabbati seminarēt: ꝙ ꝙ ī theatro ꝛ seditiōib⁹ īsisterēt et meli⁹ femīe eoꝝ lanas ī sabbō fillarēt: ꝙ ꝙ tota

die in chorea impudice saltarent. Vñ seneca de=
risit sabbata iudeoꝝ dicens eos ꝑdere septimā ꝑ
tem vite sue. Vñ in talib⁹ implet͂ illud Trenorū
pri͂o. Viderūt eā hostes ⁊ deriserunt sabbata ei⁹
et hoc rationabiliter. Cū enī pͥcipalis intentio
legislatoris sit ꝓpter hoc nos abstinere a corpo=
ralibus opib⁹ vt liberi⁹ possim⁹ vacare spūalibꝫ
vt patet de conse. distinctione quīta vbi sic dicit͂
Jeiuniū magnū et generale est abstinere ab ini=
quitatib⁹/et ab illicitis voluptatib⁹ seculi quod
est ꝑfectū ieiuniū. patet ꝙ illorū sabbata merito
deridentur qui tali die deuotione reiecta: solum
ocio corporali/et sue lasciuie vacāt. ❡ Sciendū
autē ꝙ sunt duo peccata que maxime frequentā
tur dñicis dieb⁹ et festiuis. scꝫ chorea et ebrietas.
Et ideo de chorea primo notandū ꝙ licet ī se nō
sit mortale peccatū: tñ ex quattuor circūstantiis
contrahit deformitatē pctī mortalis. ❡ Primo
quidē ratione persone: puta si persona sit religio
sa vel ecclīastica: tunc enī ratione scandali potest
cōmittere peccatū mortale. ❡ Secundo ratiōe
tēporis vt si fiat tempore misse vel alio deuotio=
nis tempore quis choriset. ❡ Tertio ratione lo
ci/vt si fiat in ecclesia vel cimiterio: tunc enī pro=
pter irreuerentiā deo in loco sacro exhibitaꝫ pōt
cōmitti peccatuꝫ mortale. ❡ Quarto ratione fi
nis vel modi/vt si fiat libidinosa intentione / vel
etiā seruetur impudica gesticulatio / vel saltatio
lasciua prouocās ad libidinē. Ad quam intētio=
nē videtur referri verbum Augustini supra posi
tum de decem cordis. Et predicte quattuor

conditiones cõplectuntur hoc metro. Tempore fine/loco/persona/chorea caueto. ¶ Secũdo notandũ de ebrietate et gula quando sint mortalia vel venialia. ¶ Nam vnomodo ebrietas potest dicere mentis obnubilatõnẽ. vel gula potest importare solã corporis ingrauationẽ: et sic non sunt peccata/sed pena peccati. vt patet. 15. questione prĩa. capitulo. Sane. ¶ Secundo ebrietas importat ĩmoderatã potationẽ vel gula ĩmoderatã cibi sumptionẽ. et tunc si in talib⁹ actibus quis intendat vel appetit inebriari/aut etiã crapulari: sic vtrũq; est pctĩn mortale. Si autẽ talia nec appetit nec intẽdit sed solo casu eueniũt: sic solũ sũt venialia. Si etiã ex fortitudine potus vel nimietate cibi/ vel debilitate sumẽtis ꝓueniũt: sũt venialia ꝓut notãt iura. di. 25. ca. Criminis. ¶ Est aũt notandũ ꝙ transgressores hui⁹ p̃cepti videntur specialiter memoriã amisisse. ꝓpter qd̃ eis signãter dr̃. Memẽto vt diẽ sabbati sctĩfices. Nã ideo videnť memoriã amisisse/qr nec recordãť eoꝝ q̃ videť ĩ natura. vbi oĩa vegetabilia ⁊ sẽsibilia quietẽ appetunt post laborẽ. sicut est videre in aĩalib⁹ et plantis q̃ fructificãt et laborãt in estate: sed q̇escunt ĩ hyeme. Nec etiã eoꝝ q̃ in scriptura legim⁹. Legimus enĩ Geñ. 2. ꝙ dñs requieuit die septimo ab oĩ opere quod patrarat. Isti aũt laborãt ꝑ totã septimanã pro misero corpore sed in die dñico laborãt pro dãnatione aĩe: cũ tñ deus preceperit tali die vacare ab omĩ corporali opere/vt homo liberius et quietius vacaret diuino cultui. Cuius vtiq; isti videntur obliti qui per

Tertiũ preceptum:

totã ebdomadã dies sanctificãt laborando ĩ opib9 licitis:sed diẽ dñicũ polluũt et contaminãt ĩtendendo voluptatib9/ebrietatib9/⁊ choreis. Et de his cõquerit dñs Eze.22. Sãctuaria mea spreuistis et sabbata mea polluistis/ propterea dabo vos contemptibiles omnibus nationibus.

Tertio exponitur

sic. Memẽto vt diẽ sabbti sctifices/id est vt illa die purissime cõtẽplatiõi et pfecte qeti mẽtis intẽdas ab oĩb9 mundanis cogitationib9 vel occupatõib9 te subtrahẽdo/⁊ per actũ intime ɔtẽplatõis ꝟitati dĩne liberrime vacãdo. qđ ꝓprie cõuenit mentib9 cõtẽplatiuis q̄ sigula dei bñficia mẽte deuotissĩa ptractãt. ⁊ ꝓ qlibet pcepto bñficio deo pfectas grãꝝ actões exsoluunt replicãtes tota die illud Isaie.63. Miserationũ dñi recordabor/laudẽ dicã ꝓ oĩb9 q̄ dedit nobis dñs de9 noster. Et istã qetẽ mẽtis ĩ deo qlibꝫ mẽs deuota feruenter emulari debet ꝓpter tria bona q̄ exĩde sequunt. ¶ Primũ est seminis deifici ĩ aĩa sepulti fructuosa germĩatio. qđ pꝫ. qr multa semina ꝟtutũ naturaliter hoĩ cõplãtata latẽt in mẽte rõnali/⁊ ibi q̄dã desidia ⁊ ariditate mentis pereunt ⁊ desiccant. q̄ oĩa copiosũ fructũ ꝓducerent:si p lumẽ gr̄e dĩne ⁊ p feruorẽ deuotõis fecũdarent. Cui9 exẽplũ patet in sole materiali qui radiis sui splẽdoris et feruoris terrã penetrãs semen in terra defossũ et occultatũ viuificat ⁊ fecũdat:sic etiã per lumẽ diuine gr̄e ⁊ feruorẽ dilectõnis ⁊ deuotiõis qua mẽs q̄escit in deo:virtutũ semina ĩ mẽte rõnali latentia vberius fecundãtur

¶ Secundū est presentis vite attediatio / et oīm terrenoꝝ libera despectio. Nā certū est ꝙ dulcor quo mens intimo feruore quiescit in deo: causat in hoīe tediū et merorē totius vite presentis / et īducit menti deuote quandā insipiditatē et nausēā oīm terrenoꝝ. Nec mirū qꝛ secundū Gregoriū. gustato spū desipit oīs caro. Cuiꝰ ratō est qꝛ sicut ignis materialis in rebus suo feruore adustis aufert oēȝ pulchritudinē ⁊ placibilitatē: reddens ea nigra et deformia ad videndū: ita feruor interne deuotionis oēm dulcedinē vite presentis in tediū et merorē / et rerū temporaliū pulchritudinē et placibilitatē in quandā insipiditatē et nausēā conuertit. quia sicut ḃm Bernardū. serpēs moysi deuorabat serpētes magoꝝ: ita dulcor intime deuotōis oēm dulcedinē vite p̄sentis tollit / et in quandā insipiditatem conuertit. ¶ Tertium est cordis frigidi duri et rigidi perfecta liquefactio / et diuinorū instinctuū prompta executio. quod patet. Nā sicut radii solares glaciē resoluūt: ita feruor interne deuotōis mentē frigidā gelu torporis et desidie cōstrictā a deo resoluit et liquefacit / vt prompte diuinis instinctibus consentiat / et per viā mandatorū dei in oīm virtutū exercitio feruenter et celeriter currat. Quē motū bene senserat Psalmista cū dicebat. Viā mādatorū tuorū cucurri cū dilatasti cor meū. Postꝗ meā mentē dilatasti ⁊ inflāmasti feruore tue deuotōnis oīno desidia ꝓcul mota / mādata tua impleui / et oībꝰ diuinis instinctibus prompte et delectabiliter acqeui. Sȝ forte diceret aliqs. Pau

per sum/tantū habeo laborare pro cōmunib⁹ in digentiis ꝙ inde obliuiscor contēplatōnis ꝛ orationis. Huic ego respondeo ꝙ talis debet diligēter aduertere an sua occupatio sit maior ꝙ̄ illius eximii regis Dauid/qui habuit regnū latissimū ꝛ terras plurias gubernare: qui tñ de seipso dicit Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semp. Et alibi. Septies in die laudē dixi tibi. ¶ Sciendū autē ꝙ sicut quilibet christian⁹ adultus tenetur oī die ad aliqualē memoriā de deo pro suis beneficiis habendā: ita religiosus et cleric⁹ bñficiat⁹ tenet̄ ad horas canonicas: quas si sine causa legitima omittūt: mortaliter peccant. Et nō solū cū qui horas canonicas ad quas tenentur omittūt peccāt mortaliter: verūetiā q̄ eas negligenter dicunt. Nō quidē ex impotētia vel infirmitate: sed poti⁹ ex cōtēptu vel mala consuetudine. qꝛ licet negligētia ī talib⁹ scđm se ꝛ fragilitatē humanā cōsiderata sit venialis: contēptus tñ et mala consuetudo faciūt eā mortalē. vt patet de cōse. di. 20. in textu et glosa. Et sic patent tria precepta que ordinant hominē ad deum. ¶ Primū quidē ad venerandū scꝫ patris potentiā. ¶ Secundū ad colendū filii veritatē. ¶ Tertiū ad iugiter meditandū spūssancti bonitatē. Sed est diligētissime aduertendū ꝙ contra tria precepta p̄dicta cōtingit hoīeꝫ tripliciter peccare. ¶ Primo ex impotentia vel infirmitate/aut etiā ex timore: et sic peccatur quasi cōtra patris potentiam et contra primū preceptū. Dicitur autē peccatuꝫ ex impotentia vel infirmitate quando peccat̄ ex passione

que indicat nature corrupte fragilitatē et īpotē tiā. Ex timore aūt ꝯtingit peccare dupliciter ſm duplicē timorē. Eſt enī qdā timor hūan⁹ qn̄ ſcilȝ timentur pericula carnis. Eſt timor mūdan⁹ qn̄ ſcilȝ timentur pericula reꝝ. Et iſti timores mali ſunt. Et mortaliter peccant qui ꝓpter eos faciūt illicitū qđ eſt cōtra deū / vel omittūt aliqđ licitū ad qđ tenenē. Un̄ iſtos timores excludit ſaluator Math. 10. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹ ſed poti⁹ eū timete qui pōt aīaȝ et corp⁹ mittere in gehennā. Ex quo ſequiē correlarie ꝙ ſi qs miles iuuat dn̄ȝ ſuū in bello iuſto vel ſi probabiliter credit eū habere iuſtū bellū: in his duob⁹ caſib⁹ pōt iuuare dn̄ȝ ſuū ſine peccato / ſed nō amicū vel cognatū niſi ſciat eū habere iuſtuȝ bellū. Et hoc ꝓbaē. 23. q. 1. Quid culpaē. Juſtū autē bellū ſm Guillermū. eſt qđ vlciſciē iniurias vel qđ geriē ꝓ reb⁹ debite repetēdis: et ſic gens vel ciuitas plecti pōt. ¶ Secūdo fit pctm̄ per ignorantiā ſiue errorē: q̄ſi contra filii ſapientiā. et ſic peccaē contra ſecūdū p̄ceptū. Diciē aūt pctm̄ ex ignorātia qn̄ aliqđ ignoraē eoꝝ quorū ſcientia a pctō īpediuiſſet. ⁊ tūc diſtīgue. qꝛ vel hoc fit ex ignorātia iuris et hoc nō excuſat. qꝛ eſt vincibilis. vt pȝ. 1. q. 4. ca. vltīo. Sȝ ſi eſt inuīcibilis excuſat. ſicut pȝ de infantib⁹ furioſis vel dementib⁹ qbus nō īputatur qđ faciūt vt dicit Bernard⁹ in glo. ¶ Similiter etiā excuſatur is qui ſequiē vnā opinionē ꝓbabilē et famoſā vbi magiſtri inter ſe ꝯ̄rie opinantur. Aut hoc fit ex ignorantia facti et ſic excuſatur hō a peccato oblito dūmō duo in ſe habeat

Tertiũ preceptum.

¶ Primuz est: si adhibet diligentiã quã põt ad inueniendũ pctm̃ oblitũ. vt habet Jsaie. 38. Recogitabo tibi oẽs annos meos. ꝛc. ¶ Secundũ est si oret deũ vt reuelet sibi. Tunc enĩ secundum Augustinũ aut reuelat/aut relaxat ¶ Tertio: fit pctm̃ ex malicia siue ex electione. vt cũ hõ ex voluntate deliberata pctõ adheret. Et sic peccat cõtra tertiũ preceptũ. qꝛ cõtra bonitatẽ spũssancti. Et talia dicunt pctã in spiritũsctm̃. Circa q̃ duo per ordinẽ sunt declaranda. ¶ Primũ est que ꝛ quot sũt pctã in spiritũsctm̃. ¶ Secundũ est: an illa peccata sint mortalia semꝑ/ vel si quandoqꝫ possunt esse venialia. ¶ Propter pmũ est sciendũ ꝙ pctm̃ in spiritũsctm̃ ꝓprie dicit illud quod impugnat bonitatẽ spũsctĩ cuiꝰ gr̃a fit remissio peccatoꝝ. Et tale pctm̃ qđ fit ex certa malicia ꝯm theologos. vel ex electione ꝯm phm̃. 3. ethicoruz dicit irremissibile. vt patet Math. 12. in textu et glosã. Nõ ꝙ nũꝙ̃ remittat: sed ꝙ nõ habet causã remissibilitatis. tollit enĩ oĩa illa que requirunt ad remissionẽ pctõꝝ. Et qꝛ sex sũt cõditõnes que requirunt in remissione pctõꝝ: ideo sunt sex spẽs pctĩ in spiritũ sanctũ. Haruz aũt sex: due sumunt ex parte remittentis. ¶ Pria est: dei mĩa cõdonans culpã/et contra hãc est desperatio. quia hõ propter grauitatẽ peccatorũ desperat. vt patet ꝑ cayn qui despauit de dei mĩa. Dixit eĩ cayn dño Geñ. 4. Maior est iniquitas mea ꝙ̃ vt veniã merear. et sic fuit deceptus. quia (psalmista teste) Prope est dñs omibꝰ inuocãtibꝰ eũ in veritate. ꝓpe enĩ/ id est propiciꝰ est omibꝰ inuocãtibꝰ eũ

et hoc inveritate/ id est nõ secundum mala desi=
deria q̃ aliud q̃runt q̃ ipsũ deũ. glo. increpationi
bus et minis nõ cõuertunt ad deũ: sed desperan=
do accumulant crimen suũ. Gregorius. ¶ Secũ
da est insticia obligans ad penã. Et contra hanc
est presumptio impunitatis. Similiter ex parte
penitentis duo requiruntur. ¶ Primũ est dolor
de peccatis preteritis. et contra hoc est finalis im
penitentia. ¶ Secundũ est propositũ abstinẽdi
a peccatis futuris. Et contra hoc est obstinatio
qua hoĩs mẽs ita obstinatur ĩ peccato: q̃ nõ vult
penitere. ¶ Similiter tertio ex parte gratie gra
tũ facientis p quã simpliciter peccatuz remittit
duo requiruntur. Nam hec gratia vel cõfertur in
fide ecclie: et contra hoc est impugnatio veritatꝫ
agnite. Vel in sacramentis ecclie vel legis noue
et cõtra hoc est inuidentia fraterne gratie. Et nõ
accipit inuidẽtia fraterne grẽ put aliqs inuidet
fratri suo vel alicui singulari psone: sꝫ qñ tãta est
malicia in eo: q̃ displicet sibi de gratia dei cre=
scente in mundo. Et sic patet que et quot sunt pec
cata in spiritũ sctm. quia sex. puta desperatio/ pre
sumptio/ finalis impenitentia/ obstinatio/ impu=
gnatio veritatꝫ agnite/ et inuidẽtia fraterne grẽ
Patet etiã q̃liter ista peccata dicant irremissibi
lia/ et qualiter non. ¶ Propter secundũ est scien
dũ q̃ si quis labatur in desperationẽ ex infirmi=
tate vel prauitate complexionis et de hoc dolet et
renitet inquantum potest: sic desperatio non est
peccatũ/ nisi forte veniale. Si autem contingat
ex errore vel deceptione: puta si putans se obseq̃

um ꝑstare deo seipsū occidat: sic est peccatū mor
tale. Si vero quis desperat ex certa malicia ⁊ ele
ctione. vt diffinitiue dicat cū cayn. Maior est ini
quitas mea ꝙ vt veniā merear: sic desperatio est
pctm̄ in spiritūsctm̄. et tali consulendū est vt cogi
tet de immēsitate diuine mīe. et simili modo de
aliis dicendū est. Nā aut presumptio nascitur ex
infirmitate qua homo nimis de dei misericordia
confidit: et sic dicitur pctm̄ veniale. Aut nascit
ex errore nimis de meritis suis presumēdo: ⁊ sic
presumptio est peccatuz mortale/et spēs supbie.
Aut nascitur ex certa malicia qua omīno inten=
dit dei iusticiā non seruare presumēs de impuni
tate peccati: ⁊ sic proprie est peccatū in spiritum
sanctū: quia aufert iusticie dei equitatē. Et tali
consulendum est vt frequenter cogitet de rigore
iustitie. Similiter impugnatio veritatis agnite
aut prouenit ex infirmitate. vt cū aliquis ꝓpter
verecūdiā vinci nolens impugnat veritatē agni
tam: et sic est peccatuz veniale. Aut prouenit ex
malicia: puta cum propter munera vel stipēdia
aliqua que excecant intellectū: impugnat verita
tem in damnum alterius: vt patet ī malis aduo=
catis: et sic est peccatū mortale. Aut hoc proue=
nit ex certa malicia: vt cuz quis deliberate impu
gnat fidē catholicā/vel consilia/vel precepta euā
gelica: et sic proprie est peccatum in spiritūsctm̄
Similiter inuidentia fraterne gratie: aut ꝓueīt
ex īfirmitate: puta si dolet aliū meliorē sibi ꝑfer
ri: tūc si dolet ꝓpter sui insufficiētiā nō peccat q̄r
secundum glosam Bernardi/dolor iste bon⁹ est.

Si aũt dolet solũ ꝓpter eminẽtiã alteri⁹/ ꝛ talis mot⁹ sit indeliberat⁹: sic est pctm̃ veniale. Aut ꝓuenit ex ignorãtia: puta si quis dolet de alteri⁹ excellẽtia/ qꝛ ꝑ hoc sibi timet diminui ꝓpriũ bonũ: sic est peccatũ mortale/ et spẽs inuidie. Aut ꝓuenit ex certa malicia: puta cũ ꝓpter deprauatione affect⁹ aliqs nec amat bonũ ĩ seipo/ nec etiam videre põt ĩ alio: ꝛ sic est pctm̃ in spiritũ sctm̃ ¶ De obstinatione aũt et finali ĩpenitẽtia: sciendũ est qꝫ talia aut sumũtur priuatiue. et sic obstinatio dicit ꝑmanẽtiã voluntatꝫ in pctis. Et finalis impenitẽtia solũ ĩportat priuationẽ penitentie: ꝛ sic ista duo nõ sũt pctã specialia: sꝫ circũstãtie cuiuslibet pcti. Aut sumunꝰ cõtrarie: ꝛ sic obstinatio importat volũtatẽ deliberatã ꝑmanẽdi in pctõ. et finalis ĩpenitẽtia ĩportat volũtatẽ nõ penitẽdi: que duo sic differũt. Nã finalis impenitentia sumiꝰ respectu p̃teriti: qꝛ ĩportat ꝓpositũ nõ penitendi de pctis cõmissis/ et sic priuat pcti emendam. Obstinatio vero sumiꝰ respectu futuri. vnde priuat pcti cautelã. ꝛ sic ista duo proprie dicunꝰ pctã in spiritũsctm̃ ¶ Ex premissis patet qualiter confitendũ sit de trãsgressione huius p̃cepti secundũ quẽlibet eius intellectũ. Et sic patent tria prima precepta q̃ ordinãt hoĩeꝫ ad deũ.

Quartũ preceptũ

est. Honora patrem tuũ et matrem tuã. Exodi. 20. In quo precepto secundũ Augustinũ libro de decẽ cordis: ĩplicaꝰ omĩs actus bñficentie ꝓximo impẽdend⁹ siue ex debito naturalis obligatõis: sicut honor q̃ debeꝰ

patri naturali: siue ex caritatis debito sicut alii act⁹ pietatis q̄ ex caritate ipsi ꝓximo impendū-tur. Implicantur etiā in hoc precepto oēs act⁹ virtutū qui ex caritate vel pietate seu humilitate sunt circa ꝓximū exercendi/vt videbitur in pro-cessu. Et ideo hoc preceptū habet triplicē expo-sitionē scōm ꝙ pater et mater tripliciter accipiū-tur. ¶ Prima quidē pro patre naturali prout est principiū generationis naturalis. ¶ Secun-da pro patre spirituali prout est principiū rege-nerationis spiritualis. ¶ Tertia pro patre eter-nali videlicet ipso deo qui est principiū creatiōis supernalis. Et cuilibet istorū patrū triplicē ho-norem deferre debemus. ¶ Nam patrē ⁊ matrē naturalē honorare debemus. ¶ Primo ipsis re-uerentiā exhibendo/nec v̄bo nec facto ipsis vnꝗ̄ iniuriā inferendo. Ad quod hortatur sapiens. Eccliastici. 7. Honora patrē tuū et gemitus ma-tris tue ne obliuiscaris. Memento q̄m nisi ꝑ ipos non fuisses. In quo verbo innuit ratio potissima q̄re parentes honorare debem⁹: q꞉ traximus ab ipsis ꝑfectionē nobilissimā que est esse. Hec eī est pria ⁊ fundamentū oīꝫ aliaꝝ ꝑfectionū. Et ideo dicit phs. 8. ethicoꝝ. capi. 11. versus finē ꝙ filii non possunt parentib⁹ reddere equalens. q꞉ tria bona nobilissima ab ipsis recipiūt. quoꝝ nulluꝫ recōpensare possūt sufficienter. esse naturale vide-licet/nutrimētū: ⁊ doctrinā. Nā ratōne eē natura-lis qd̄ traximus a parentibus: ipsis tenemur hu-militer et reuerenter seruire tribus modis.

¶ Prīo ex tota v̄tute corporis/vt si debiles sint

ipsos corporaliter portem⁹ et eis naturaliter ser
uiamus. qđ est contra illos qui parentib⁹ man⁹
violentas iniiciunt/vel ipis victū necessariū sub
trahunt. Exodi.21. Qui percusserit patrem aut
matrem: morte moriatur. ¶ Secūdo ex tota vir
tute cordis: vt ipsos tota mente diligam⁹. quod
est contra illos qui mortē parentibus optant: vt
ipsorū hereditatē percipiant. Aut vt sine repre=
hensione secundū motū proprie voluntatis viuāt
¶ Tertio ex tota virtute oris: vt nec duris nec
asperis verbis vnq̄ cū ipsis contendam⁹: sȝ blā=
dis verbis eis respondeam⁹/et ipsorū reprehensi
ones humiliter et patiēter sustineam⁹. quod est
contra illos qui parentib⁹ maledicūt/et ex hoc
diuinā maledictionē incurrūt. Exo.21. Qui ma
ledixerit patri vel matri: morte moriat̄ ¶ Scđo
ipsos honorare debem⁹: ipis si īdiguerit vite ne
cessaria ministrādo/et post hanc vitā eorū aīas
missis et elemosinis de purgatorio liberādo. Et
ad hoc tenemur propter secundū donū quod ab
ipsis recepim⁹/scȝ naturale nutrimentū: in quo
filii non possunt reddere parentibus equiualēs:
quia parentes nutrierunt filios de sua carne et
substantia propria. Filii autē de substātia aliena
nutriunt suos parentes. Et ideo filii q̄ parentibȝ
ī sua necessitate nō subueniūt: mortaliter peccāt
sicut et illi qui eos iniuriis molestant. qđ patet p
glosā Exodi.21.ca. que dicit q̄ hic p̄cipitur q̄ fi=
lii honorent parentes officio pietatis: ipsis ī eoꝝ
videlȝ necessitatib⁹ subueniendo ⁊ eis beneficia
exhibēdo. Qui enī inquit hoc parētib⁹ nō facit

quomodo faciet aliis? Valeri⁹ in scdo. Quid ꝓ dest foris esse strenuū: si domi male viuit? Nota ex quinto valerii de filia que matrē incarceratā et cōdēnatā: māma nutriuit. Propter qd ipsā a morte eripuit. Quomodo inquit ipse/non pene trat aliquid non excogitata pietas? ¶ Tertio debem⁹ honorare parētes: ipis in his que ad bo nū suū et salutē pertinent obediendo. Et ad hoc tenetur fili⁹ ratione tertii doni qd ab eis accepit scz salutarē informationē et doctrinā. Et ad hoc nos christus proprio exēplo inducit: qui suis pa= rentibus subditus fuit. vt habetur Luce. 2°. Vn̄ contra illud faciūt filii quādo suorū parentū pre cepta negligūt vel cōtēnunt. Et ideo mortaliter peccant/et irā diuine vltionis incurrunt. qd pa= tet ex hoc. Nam triplici hasta diuine vltionis cor filioꝝ perforatur: qui suos parentes perturbant vel eorū indigentiis non subueniūt/aut manda tis eorū pertinaciter recalcitrāt. ¶ Prīa est sub tractio tēporaliū rerū. nā diuino iudicio eis oīa infortunia rerū tēporaliū eueniunt: qui suis pa= rentibus secundū diuinū preceptū in suis indigē tiis non succurrunt. ¶ Secunda est abbreuiatō temporalis vite/ ⁊ perditio fame. Nam sicut pre mium parentes honorantiū est vite longeuitas: ita a contrario sensu ipsos dehonorantiū est vite breuitas. quia plurimi īprouise et subito moriun tur. Unde Psalmista. Subito defecerūt ⁊ peri erunt ꝑpter iniqtatē suā. Tales etiā ꝺm iura red dunt infames/ ⁊ a testimonio ferendo et ab omī actu legitimo repellunt. 6. q. 1. capi. Infames.

Vn̄ secundū canones et legitimas sanxiones parentib⁹ ingrati a testamēto ⁊ donatōe sibi facta excludunt/et hereditaria successione priuantur.
¶ Tertia est cōdēnatio aīe. Vn̄ glosa super illud Exodi.21. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. morte scz eterne dānatōnis. Nec mirum si tales reputent īdigni vita eterna: qꝛ reputant indigni hac vita penali et misera/que eis diuino iudicio repētine subtrahitur. cū tn̄ aliis peccatorib⁹ vita ad penitentiā concedat. Et ex hoc rationabiliter potest colligi quātus sit reat⁹ trāsgressio hui⁹ p̄cepti: qꝛ cōtra ip̄z peccātes eximūtur ob hui⁹ pcti detestatiōnē a sētentia pietat[is] ipsius dn̄i q̄ de ceter[is] pctōrib⁹ dr̄ ezechie.18. Nolo mortē pctōris: s[ed] vt cōuertat ⁊ viuat. De istis aūt ꝓpter repentinā mortē qua plectunt per diuinā sententiā: dici potest ecōtrario. Nolo vitā peccatoris: hoc scz preceptū transgredientis. sed vt morte moriatur et eternaliter cōdēnetur.

Secūda expositio respicit patrē spūalē puta sacerdotē ⁊ cōfessorē q̄ te fonte baptismat[is] regenerauit. q̄ tibi p sacramēta dīnū alimētū mīstrat/q̄ te sciētia/p̄dicatōib⁹/et exēplis instruit ⁊ īformat. Hūc patrē tripliciter honorare debemus.
¶ Pri̅o humiliter obediendo. In his potissime ad que teneris de iure pbr̄o tuo obedire cū tibi p̄ceperit celebrādū qꝫ celebres/cū ieiunandū ieiunes: qꝫ īterdicta eccl̄e fues/⁊ excōicatos strictissīe vites. Oīz enī p̄dictoꝝ trāsgressio maxīe si fit ex deliberatiōe et contēptu inducit pctm̄ mortale.

Quartū preceptum

Circa qđ tria sunt notanter aduertenda. ¶ Primū est quantū ad excōicationis sententiā quā q̄libet christian⁹ merito debet abhorrere. Per ipsam enī excōicati a cōsortio diuino et beatorū in eterna felicitate excludunt. Per ipsā etiā ab oī suffragio et cōione oīz bonoꝝ que fiunt in ecclīa militante totaliter priuant. Per ipsā a potestate dei (vt sic loqui liceat) ⁊ de fensione sanctoꝝ angelorū eripiunt. Et tā in aīa q̄ in corpe ptāti dyaboli tradunt. pz hoc prīe ad Thimo. i. ¶ Secūdū est cū quāta cura et diligētia excōicatos debemus euitare. qđ patet ex hoc q̄ ex eorū cōione ptinaci pctm̄ mortale incurritur. Jdeo autē dixi cōione ptinaci: qꝛ si ignorātia vel inaduertentia seu etiā p coactionē absolutā excōicato cōices nō ligaris. qꝛ in hoc casu magis videris pati q̄ agere. Si vo per coactionē cōditionatā: puta si aliquod dānū tēporale cōminet / et ex hoc excōicato cōmunices sententiā nō euitas. qꝛ licz talis met⁹ culpā attenuet / nō tn̄ adnichilat cū ꝓ nullo metu rei tpalis q̄s debeat peccare mortaliter. extra de his que vi vel met⁹ causa fiūt. ca. Sacris. Sz hoc intelligit hostiēsis de his q̄ ī contēptū clauiū cōicant / vel qn̄ ꝓbabiliter credūt claues ex hoc cōtēni. extra de clerico ministrante. ca. Si celebret ¶ Tertiū est cū quāto conatu et diligētia penitentiā ī ꝯfessione positā debeas adīplere. qꝛ negligētia ⁊ cōtēpt⁹ penitētie iniūcte facit cōfessionē p̄cedentē non valere. Vn̄ in hoc casu sicut ī aliis quattuor casib⁹ oportet confessionē totaliter reiterare. vt ꝓbat de peniten. distin. i. Mensuram

vbi dicitur ꝙ sacri canones tp̄a penitentie ꝓ fide
ꝛ cōuersione penitētū abbreuianda precipiūt. et
ꝓ negligētia ꝓtelāda existimāt. Et ꝙ negationē
petri: insecuta est satisfactio lachrimaꝝ. Nō etiā
trina cōfessio dn̄ice lectōnis penit⁹ deleuit pctm̄
trine negationis. Vn̄ in aggrauatiōe talis inobe
diētie scribit͛ Deutero. 17. Qui supbierit nolēs
obedire sacerdotis īperio morte moriat͛. Est aūt
sciendū ꝙ ql̄ibet christian⁹ ad prōpte obediendū
suis superiorib⁹ merito debet induci ꝓpter tres
prerogatiuas ipsi⁹ obediētie. ¶ Pr̄ia est: q2 obe
dientia est via certa hūane salutꝫ. q2 sicut ꝑ inobe
dientiā hō est expulsus a gaudiis paradisi: ita ꝑ
obediētiā illuc certitudinaliter redire debet. Vn̄
legit͛ in figura hui⁹ de trib⁹ magis Math. 2. ꝙ ꝑ
aliam viam reuersi sūt in regionē ꝓpriā vt expo
nit Gregori⁹ ¶ Secūda est q2 obediētia est scala
celestis beatitudinis. In cui⁹ figura vidit iacob
scalam cui⁹ sūmitas celos tangebat ꝛ angeli per
eam ascēdebant ꝛ descēdebant: ꝛ dn̄s erat īnix⁹
scale. Gen̄. 25. In quo innuit͛ ꝙ obediētia ponit
hoīeꝫ in vita celesti ī cōuersatiōe angelica ꝛ ī ma
nutenentia diuina. Bene nāqꝫ dn̄s erat innixus
huic scale. q2 mentē et cor veri obediētis ī seipꝫ ī
obliquabiliter dirigit et firmat hoīs desideriuꝫ
ne vnq̄ ī momentū a diuino bn̄placito deflectat͛
Hui⁹ aūt scale tantū sūt tres grad⁹ q̄tū ad p̄sēs
licet Bernard⁹ septē assignet. ¶ Prim⁹ est obe
dire libenter sine recalcitratione. Ad quod hor
tatur Eusebi⁹ cesariēsis in omelia dicēs. Quid-
quid vobis a suꝑiorib⁹ precipit͛ hoc ita accipite:

ac si sit ore dei prolatū. ¶ Secūdꝰ gradꝰ est: obe
dire hylariter sine murmuratōne. Qui enī inui
tus et cū murmuratōe obedit: crucē post xp̄z por
tat vt iterū xp̄z crucifigat. Exēplū de symone sire
neo/ꝗ cuz angaria etiam inuitꝰ crucē portauit.
¶ Tertiꝰ gradꝰ est: obedire ꝑseueranter ⁊ sine ī
terruptione qꝛ nō ꝗ incipit/sz ꝗ ꝑseuerauerit: hic
saluꝰ erit. vt dicit saluator Math. 10. Nā huilis ī
mo ꝑfectissima gl̄iose v̄gīs marie obediētia: ape
ruit nobis regnū celorū qn̄ dixit angelo gabrieli
Luce. 1. Ecce ancilla dn̄i. ¶ Tertia prerogatiua
est ꝙ obedientia est clauis eterne iocūditatꝫ. qꝛ si
cut ꝑ inobediētiā nobis aditus eterne iocūditatꝫ
claudit: ita ecōtrario ꝑ obediētiā apit. ¶ Scd̄o
ip̄z honorare debes sibi debitū iusticie ītegraliter
ꝑsoluēdo vt scz sacrifices qn̄ sacrificādū fuerit/⁊
deciationē p̄stes de oībꝰ bonis de qbꝰ fuerit deci
sta vt os dicentis/⁊ aures audientiū polluant. vt patet. 32. q. 7. Adulterii malū. Et istud idē pctm̄ ppter sui enormitatē est vnū de pctis clamātib⁹ et diuinā vltionē postulantib⁹ iugiter ¶ Octaui transgrediunt legē naturalis dilectōis/vt sūt ipi cōiuges ↄcubit⁹ ↄiugales cū nimia libidine exercētes. Ad cui⁹ intellectū pleniorē est aduertēdū q coitus cōiugalis ali⁹ dicit licitus/ali⁹ fragilis ali⁹ impetuosus. Licit⁹ exercet triplici de causa Vel fit causa prolis pcreāde ad cultū dei. vel cū fit causa reddēdi debitū. vel causa fornicationis vitande/non in se sed in sua cōiuge. Primus est pietatis. Secund⁹ iusticie. Tertius cautele. His trib⁹ modis nullū cōmittit pctm̄: imo primi duo modi sūt meritorii simpliciter nisi aliud obstet. Terti⁹ mod⁹ licz sit sine pctō: nō tn̄ videt hr̄e rōnē meriti. Et isto modo patres veteris testamēti vsi sūt actu cōiugali cū tāto dei timore ⁊ tanta libidinis repressione/⁊ etiā cū tanta mētis puritate/solū in eo ppagationē diuini cult⁹ intendētes q btūs Aug⁹ dicit se nō audere celibatū Johis preferre cōiugio abrahe. Quod tamen nō sic est intelligendū q cōtinentia cōiugalis i dignitate perfectionis equiparetur cōtinētie virginali cū isti debeatur fruct⁹ cētesimus: illi vero tricesim⁹ Sed solū sic intellige q ipse in tanta charitate ⁊ puritate intentōis exercebat actū cōiugalē sicut seruabat Johannes cōtinentiā virginalē. Fragilis est ille actus q̄ solū fit causa delectationis exercende. Sed tunc distinguitur. quia vel illā delectatōnē exercet affectu maritali/vel fornicario

Si maritali vtpote sī delectatio sistat infra ter
minos mrīmonii ita ꝙ eā nō cognosceret si vxor
sua nō esset: sic solū peccat venialiter. Si autē af
fectu fornicario: vtpote qn̄ affect⁹ delectatiōis ī
petu cōcupiscentie ferł extra termīos matrimo=
nii ita ꝙ eā cognoscere vellet si vxor nō esset: tunc
peccat mortaliter. qr actus illi⁹ delectatōis ꝑpo
nitur ipi deo. Impetuos⁹ vero est ille act⁹ qui ex
sola libidine ꝓueniens metā honestatis et rōnis
transcendit. qđ tamen fit quinqꝫ modis. ¶ Pri
mo per meretricias blandicias se ad libidinē ꝓ=
uocando. ¶ Secundo cū talis actus cōtra natu
ralē modū exercetur. ¶ Tertio cū hoc fit tempo
re prohibito. ¶ Quarto cū exercetur in loco cō
secrato. ¶ Quinto cū accedił ad pregnantē vi=
cinā partui vel alias in fluxu mēstrui. Vn̄ ab ipa
ineptitudine viciosa boni cōiuges debēt se maxi
mo studio preseruare. ⁊ hoc propter octo dāna q̄
exinde sequunł. ¶ Primū est cecitas mentis. qr
secundū Augustinū ⁊ etiā secundū phm. in actu
carnali ratio totaliter absorbetur ita ꝙ lumē ra=
tionis quodāmodo extinguił vt homo totus q̄si
carnalis efficiatur/et ideo est ꝙ viciū carnis pl⁹
hoīeȝ vilificat/et per infamiā denigrat: ꝙ alia vi
cia maiora. Qđ contingit ex hoc qr per extinctō
nē rōis homo priuał naturali dignitate sua qua
per vsū rationis cetera precellit. ¶ Scđm est in
consideratio mortis ⁊ inferni. Intantū enī volū
tas carnis delectationi īmergitur ꝙ nec de ama
ritudine mortis cogitat: nec penā inferni formi
dat: ſꝫ si semꝑ liceret viuere: semꝑ vellet peccare

Et inde est q̃ deus iusto iudicio actū peccādi trāsitoriū eternaliter punit. q2 secundū Augustinū Si hō mal⁹ semꝑ viueret: eternaliter ipsū peccare liberet. ¶ Tertiū est mentis inconstantia q̃ ꝓuenit ex eo q̃ ꝑ volūtatē malā intendit delectationi transitorie. Et ideo necesse est mentē variari ꝓut vna delectatō mometanea transit/ ⁊ alia succedit. Sola autē mens illa incōstantia figit q̃ bono īmobili ⁊ īuariabili ꝑ amorē innitit. ¶ Quartū est īordinat⁹ amor sui. q2 carnalis affect⁹ seipꝫ et aliū solo amore ꝯcupiscētie diligēs oīa ī sui cōmodū ordinat/ vt in eis perāpli⁹ delectet. Talis enī longā vitā desiderat: vt diuturni⁹ carnali delectatiōi insistat. Ex quo pꝫ q̃ perniciosū sit istud dānū. q2 hoīeꝫ priuat perfecto ⁊ ordinato amore suiipsius ⁊ oīꝫ creaturarū. ¶ Quītū est p̄cipitatio sui. quia amore et feruore concupiscētie excecatus p̄cipitanter currit ad luxū/ frequēter exponens se ꝑiculo mortis ꝓpter libidinē explendā. ¶ Sextū est odiū dei: et licet deus sit purū ⁊ sūmū bonū qđ directe odiri nō pōt: dicit tñ odiri indirecte ꝓpter duo. Uel ꝓpter penā quā iusto iudicio peccantib⁹ infligit: vel ꝓpter bonū delectabile qđ mox pia ꝓuidētia eis subtrahit ne grauius peccēt. ¶ Septimū est amor p̄ntis seculi cui carnales inherēt ꝓpter appetitū bonoꝝ/ diuitiarū/ sanitatꝭ/ fortitudīs/ ⁊ ceteroꝝ ꝑ q̃ carnalis affect⁹ suū finē cōsequit ⁊ delectatiōe mometanea fruit. ¶ Octauū est despatio future btītudīs. q2 carnalis affect⁹ ꝯcupiscētie carnali ⁊ delectatōi finaliter īmers⁹ sibiipī male cōsci⁹/ diffidit de fu

tura glīa vel venia cōsequēda. et hoc rōnabiliter. Cū eī spes sit certa expectatio future btītudinis ex meritis pueniēs: ille q̄ nullū meritū in seipm ↄspicit: merito diffidit de glīa beata. Et hec octo damna tangit btūs Gregori⁹ ī libro moralium.

Secūda expositio respicit mechiā spūalē q̄ talis est. Nō mechaberis turpia cogitando/ et ī lasciuis delectatōib⁹ delectādo/ seu etiā sēsib⁹ exteriorib⁹ abutēdo. Cōtra istud pceptū faciūt multe vgines īfelices/ et etiā religiosi nimiū curiosi et voluptuosi q̄ deo ī castitate firmiter decernētes fuire et ad hoc se voto cōtinētie obligātes: adhuc ī lasciuis cogitatōib⁹ et carnalib⁹ spurciciis delectant. in quo casu freqnter pctm̄ mortale īcurrit Si eī qs morose ī carnali delectatōe delectet etiā si nūq̄ adesset volūtas talē turpitudinē pficiēdi ī ope adhuc sm augustinū pctm̄ mortale īcurrit. Cui⁹ rō est. q: talis cogitatō turpis īcludit ī se deformitatē pctī mortalis: ideo cū volūtas p cōsensū et deliberatōez rōnis ī talē actū īteriorē īclinat ipz acceptādo et ī eo delectādo: cōstat q̄ īclinat ī obiectū deforme pctī mortalis/ et p ↄsequēs talis īclinatō volūtatis ī delectatōez īteriorē turpis act⁹ est pctm̄ mortale. Sciēdū tn̄ q̄ delectatō dr̄ morosa nō sm morā vel diuturnitatē: sz magis ex eo q̄ rō deliberās circa eā īmorat ipaz tenēs et voluēs nec eā repellit/ q̄ tn̄ stati vt aiz attigit repuui debuerat. vt dicit Aug⁹. 12. de trinitate. Nec solū ī mechia spūali cauendū est ab īmundis cogitationibus: sed etiā ab illicito visu/ odoratu et tactu.

Qui enī in istis sensibus corrūpunt virginali dignitate priuant/ et ideo virgines dici nō possunt. Nā ppter restrictionē sensuū taliū ab illicitis delectationib⁹ saluator oēs fideles virgines appellat. que si cōtinēter viuant: ppter honorē dei et spem eterni premii dicunt virgines prudentes. Sz ille que cōtinēter viuūt ppter laudē hūanā: dicunt virgines fatue. Et bene fatue. q2 pmium eterne salutis cōmutant in vanitatē laudis hūane. Vñ sapientib⁹ virgnib⁹ ad eterna gaudia intromissis: fatuis dñs respōdit. Amē dico vobis nescio vos/ id est nichil in vobis inuenio dignum approbatōe et eterna remuneratiōe. Vñ ipsis dr illud Math. 25. Jte maledicti in ignē eternū. Et q2 ista mechia magis proprie habet locū infra in nono pcepto: vbi deus oēz cōcupiscentiā interiorē prohibet: ideo nunc dicta de ipsa sufficiant.

Tertia expositio respicit vxoris legitime desertionē vel etiā receptionē q talis est. Nō mechaberis vxorē scz ppriā dimittēdo/ vel ppriā dimissā recipiēdo. Vñ scribit Math. 5. Oīs q dimiserit vxorē excepta causa fornicatōnis facit eā mechari. Qui aūt dimissā duxerit adulterat. Ut aūt plenı⁹ appareat qñ vxorē dimittere vel eā recipe sit pctm/ et qñ nō: notādū q vxorē dimittere pōt esse dupliciter/ vel ī occulto vel ī manifesto. Jn occulto aūt qs dr vxorē dimittere q sibi debitum non vult reddere nec exigere. et qui vxorē sic dimiserit aut ille scit aliqđ īpedimētū occultū cōiugii aut nullū. Si nullum impedimentum sciat nec in se

nec in cõiuge: ⁊ tñ nõ vult debitũ reddere/nec exi
gere :talis peccat mortaliter. Tũ q: tollit mulie
ri debitũ iusticie ad qđ tenet. tũ etiã q: ille vel il-
la pbet viã adulterandi marito maxie si sciat eũ
lubricũ/vel ecõtra. Si vo sciat ĩpedimentũ cõiu
gii ꝓpter qđ nõ possit reddere debitũ sine pecca-
to mortali/licz ĩ facie ecclĩe hoc ꝓbari nõ possit:
talis poti⁹ debet excõicationẽ sustinere q̃ debitũ
reddere. Si vo tale ĩpedimẽtũ ꝓ certo nesciat sz
ꝓbabiliter vel leuiter credat: tũc p prudẽtis cõfes
soris cõsiliũ debet talẽ crudelitatẽ temerariã et
leuẽ deponere/ac debitũ reddere/ac etiã exigere
nisi pri⁹ ante cõiugiũ alter cõiugũ se voto cõtinẽ
tie astrixerit. In hoc eĩ casu iuxta certiorẽ opini
onẽ doctoꝝ/talis nũq̃ põt petere debitũ sine pec
cato mortali Et ideo bñ sibi p̃uideant quãto picu
lo se exponũt q̃ post votũ cõtinẽtie emissũ: matri
moniũ cõtrahũt. In hoc etiã apparet q̃ piculose
q̃dã talib⁹ cõsulãt q̃ post votũ cõtinẽtie de cõ tra
hendo matrimoniũ licẽtiant siue cõsiliũ p̃stant q̃
nõ vident aliud facere: q̃ aĩas occidere ⁊ eas dya
bolo ꝓstituere. Si aũt dimissio vxoris fiat ĩ ma-
nifesto: hoc nõ licz nisi auctoritate ecclĩe ⁊ ꝓpter
fornicatõnẽ tm̃. que tripliciter dicit. ¶ Uno mõ
ꝓprie: puta adulteriũ carnale. ¶ Alio modo cõ
muniter: puta ip̃a heresis/⁊ ꝓpter vtrũq; põt di
mitti cõiunx quãtuz ad cohabitationẽ ꝑpetuã sz
differenter. q: fornicatio carnis facta semel suffi
ceret ad diuortiũ: nisi alter coniugũ fuerit simili
ter fornicat⁹. 32. q. 6. per totũ. Et extra de adulte
rio. ca. Intelleximus. et ca. Tua. Sp̃ũalis autẽ

non sufficit absolute nisi cōiunx perseueret in heresi. extra de diuortiis. ca. De illa. et ca. Quāto. in textu et glosa. ¶ Tertio fornicatio dicit̄ cōissime scz qdlibet pctm̄ mortale. et tūc distingue. qz aut pctm̄ vnius cōiugis est scandalū alteri⁹/vt si nitatur trahere aliū ad mortale: ꝛ sic talis pōt dimittere eū ad tēp⁹ videlz quousqꝫ corrigat̄. Aut pctm̄ vni⁹ non est scandalū alteri⁹/nec nitit̄ trahere eū ad mortale pctm̄: et sic nō pōt eū dimittere. Hec est sentētia Raymundi ꝛ Guillermi. Ut autez sciat̄ qn̄ quis peccat si dimissā recipit/ ꝛ qn̄ non: sciendū ꝙ crimen cōiugis aut est manifestū aut occultū. Si occultū nō potest eam dimittere cū nō pōt ꝓbare crimē impositū. Aut est manifestū: et tūc distingue. Aut enī adultera ꝑseuerat in malicia: ꝛ sic tenet̄ dimittere eā. Nam q̄ talē retinet vel qui dimissā recipit: peccat mortaliter qz sic videt̄ in crimē consentire. vt habet̄. 32. q. 1. ca. 1. ꝛ est Crisostom⁹ sup Math. ca. 9. Sicut crudelis est ꝛ iniquus qui castā dimittit: sic fatuus est et iniustus qui retinet meretricē. Patronus etiam turpidinis est qui celat crimē vxoris. Aut non perseuerat: sed est spes de correctōne. vel etiam est correcta: ꝛ sic non tenet̄ eam dimittere/īmo iuste pōt eam recipere. Unde illud qd post dimissā duxerit adulterat̄: solū intellicitur. Et q̄ dimissā duxerit adulterat̄: solū intelligitur de illa receptione illius que nō est correcta sed ꝑmanet in malicia seu ꝑseuerat. Aut etiam qn̄ impedimentū interuenit/ puta cōsanguinitatis/ꝛ huiusmodi. Ex predictis patere potest qualiter de transgressione hui⁹ p̄cepti est cōfitendū.

Septimū preceptū.

Non furtū facies Ubi f̃m augustinū ꝓhibet oīs subtractio rei aliene ꝓueniēs ex cupiditate vel iniuria. Qđ ideo dico qꝛ subtractio rei aliene pōt licite fieri trib⁹ modis. ¶ Prīo qñ fit nō ex cupiditate: sꝫ ex obediētia sicut fecerūt filii israel auferēdo vasa egyptioꝝ. exod. 12. ¶ Scđo qñ fit ex cautela vt si aliqs furet gladiū furiosi ne sibi vel aliis noceat. ¶ Tertio qñ fit ex mera necessitate. vt cū qs ad mortē esuriēs panē furat. qꝛ in necessitate extrema oīa sūt cōia. Et hoc p̄ceptū tripliciter exponit ꝓut nocumētū qđ qs iiuriose ꝓxīo infert ī bonis suis tripliciter variat. Nā illđ nocumentū vel infert superiorib⁹/vel inferiorib⁹ /vel equalibus. Et scđm hoc prīa expositio est. Nō furtū facies tuis scꝫ supiorib⁹. Et cōtra istud p̄ceptū peccant sex genera hoīꝫ ¶ Primi sūt q suū plebanū fraudant ī oblatōib⁹ ⁊ decimis sibi de iure debitis. Ubi notandū q ītegre dantes decimā a deo dupliciter p̄miant. ¶ Primū est bonoꝝ tēporaliū augmētatio. ¶ Scđm est sanitatis aīe ⁊ corporis assecutio. Et ista duo euidētissime tāgunt. 16. q. 1. vbi dr. q si decimā dederis/nō solū abūdātiā fructuū recipies: sꝫ etiā sanitatē corporꝫ ⁊ aīe cōsequeris. ecōtra ipsas decimas nō soluētes tripliciter peccant. ¶ Prīo quidē deū offendunt. Ideo scribit. 16. q. 1. Hec eni dei est iustissima cōsuetudo vt si decimā nō dederis: tu ad decimam reuoceris. Dabis impio militi: qđ nō vis dare sacerdoti. Bene facere semper deus paratus est: sꝫ

hoīm malicia ꝓhibetur. ¶ Secūdo quia res ali enas inuadunt. Nam decime tributa sunt egen- tiū aīarū. vt scribitur ibidem. ¶ Tertio quia ex morte pauperū homicidiū incurrunt. qꝛ quanti pauperes in locis illis vbi ipse habitat illo nō dā te decimas fame mortui fuerint: tantoꝝ homici diorū reus ante tribunal eterni iudicꝫ apparebit qꝛ rem a domīo pauperibꝰ delegatā suis vsibus reseruant. Qui ergo sibi aut premiū comparare aut pctōꝝ desiderat indulgētiā ꝓmereri: reddat decimam. Hec ibidē. ¶ Secundi sunt qui censū debitum furtiue subtrahunt suis dominis.
¶ Tertii sūt qui bona feodalia tanq̄ propria de tinent/ vel feodū alicuius ī aliū dominū transfe runt/ vel qui ipsū sine scitu et voluntate veri do- mini diminuunt. ¶ Quarti sunt: serui et ancil- le qui res domīoꝝ suorū furtiue subtrahūt/ ⁊ eti- am de rebꝰ domīorū suorū eis inuitis elemosinā faciunt. Tales eī ꝓpter piā intentionē a peccato mortali non excusantur. ¶ Quinti sunt vxores que res virorū suorū furtiue subtrahunt et de ip sis contra voluntatē maritorū suoꝝ elemosinam faciunt quod fieri non debet. Unde scribitur. 33. questione quinta. Quod deo. Et sunt verba Au gustini ad Ediciam. Nichil tu de tua veste/ vel au ro/ vel argento/ vel quacunqꝫ pecunia/ vel rebus vllis sine mariti arbitrio facere debuisti. Fallit tamen in triplici casu. ¶ Primo si vxor ipsa sit lucratiua. vt notat Johannes. 33. questione quinta. Quod deo. in glosa.

¶ Scdo si habuerit bona pafarnalia id est loca
lia sibi data in despõsatõe. De talib⁹ enĩ bonis si
cut de reb⁹ lucratiuis/mulieres possũt facere ele
mosinã sine licẽtia maritorũ. ¶ Tertio si faciãt
elemosinã de reb⁹ sue dispensationi cõmissis: pu
ta de pane/vino/ ⁊ huiusmodi: et maxĩe quando
maritus est nimis durus in actib⁹ pietatis: tunc
enĩ mulier de talib⁹ rebus põt facere elemosinã
ꝓ salute viri. duz tamẽ illa sic moderate fiant ꝙ
egestatẽ cõiugibus non inducant. ¶ Sexti sunt
qui thelonea ⁊ vectigalia dñis suis fraudulenter
subtrahunt. qui oẽs tenenẗ ad restitutionẽ: dum
tñ tres conditiones habeant huiusmodi vectiga
lia. ¶ Primo ꝙ imponantur auctoritate princi
pis. ¶ Secundo ꝙ subsit causa ratõabilis ꝓpter
quã sunt imposita sicut ꝓ pace fienda/ vel ꝓ via
publica reparanda. ¶ Tertio si sint moderata.
q: sic sunt toleranda. extra de verborũ significati
one. Sup quibusdã. vbi dicit. Illa pedagia/gui
dagia/ ⁊ salinaria scias esse interdicta q̃ nõ sunt i
peratorũ/vel regũ/vel lateranenẗ consilii largiti
one cõcessa/vel antiqua ꝯsuetudine cui⁹ nõ extat
memoria sint introducta. glosa autẽ exponẽs p̃
dicta vocabula dicit. ꝙ pedagia danẗ a transeũti
bus in locꝭ cõstitutis a pñcipe. Guidagia danẗ ꝓ
ducatu. Salinaria ꝓ sale. Oĩa ista dicunẗ porti
toria. Et solus pñceps põt hec constituere/ ⁊ non
ciuitas. Et qd si quis facit deportari bladũ vel vi
nũ vel alias res ad vsũ suũ/id est vite sue et fami
lie necessaria? Nunquid teneẗ dare pedagiũ pro
his rebus? Respondet Hostieñ. dicens ꝙ nõ etiã

Sextū preceptum.

si consuetudo sit in contrariū qꝛ irratōabilis est
et non tenenda. De talibꝰ enī rebꝰ nullū debet
pedagiū exigi. qꝛ nō dat nisi de rebus q̄ causa ne
gociatōnis seu mercimonie vehunt. Nec p̄dicta
sūt dāda nisi cū negociatiōis causa alibi portant
C. de vectigalibꝰ. Nec Ber. et Jo. ¶ Uñ ad p̄di
ctoꝝ euidētiā est sciēdū q̄ q̄libet tenet soluere de
cimas nisi ꝓbet se exēptū/et nisi habeat illas in
feodo ex ātiquo. extra de decimis. A nobis. Cu
ius causā q̄dā assignāt ex hoc q̄ decīe sunt debite
a iure naturali. Sꝫ hugo de sctō Uictore dicit q̄
nō sūt de iure naturali/sed de iure diuino. Quod
ꝓbat. qꝛ iacob votū emisit de dando decimas. vo
tū aūt nō est de eo ad qđ q̄s tenetur iure naturali
Propterea greci nō soluūt decimas/nec Paulꝰ
q̄ ordinauit eoꝝ ecclīas p̄cepit eos soluere decīas
quare. ꝛc. sꝫ dicendū q̄ p̄ceptū de solutione deci=
marū parti erat naturale/qꝛ innitit rōni natura
li. parti diuinū: ex diuina scꝫ institutōe robur ha
bens. Nā ratio naturalis dictat vt his q̄ ꝓ salute
populi totiꝰ diuino cultui ministrant. ipse popu
lus necessaria mīstret. Decimatō autē certe par
tis, aut q̄ det decima ps/aut decima decime: itro
ducta est ex institutōe dīna. qꝛ dn̄s mādauit deci=
mā ꝓuentuū dari sacerdotibꝰ ꝛ leuitis vt hono=
rabilius viuerēt ꝛ ī mētis quiete dn̄o deseruirēt
et sic erat iudiciale/qꝛ ptinebat ad eq̄litatē inter
oēs īuicē cōseruandā. Nūc autē decimatō decīe
partis soluēda est auctoritate ecclīe q̄ hoc institu
it ꝓpter quandam hūanitatē vt scꝫ nō minꝰ po
pulus noue legis ministris noui testamēti exhi=

beat q̄ populus veteris legis mistris veterꝫ testa mēti exhibebat. p̄serti cū mistri noui testamēti maioris sit dignitatꝫ q̄ veterꝫ. Et pp̄t̄s noue legꝫ ad maiora obligeꝫ. ſm illō Math. 5. Nisi abūda uerit iusticia vr̄a pluſq̄ scribaꝝ ꝛ phariseoꝝ nō ītrabitꝫ. ꝛc. Sic ḡ pꝫ q̄ ad solutionē decimaꝝ homines de iure teneꝫ partī ex iure naturali/ꝛ ptī ex institutōe ecclīe/licꝫ ī q̄busdā terris loco decimaꝝ deꝫ aliq̄ census/vel decimatōes minute.

Secūda expositio

Nō furtū facies/id est nullū nocumentū inferiorib⁹ te iniuste inferes. ꝛ cōtra istud preceptū peccant quīq̄ genera hoīꝫ. ¶ Primi sunt raptores q̄ aliena rapiūt: ꝛ illi peccato pticipant quinq̄ genera hoīꝫ. Nō enī solū sūt raptores qui aliena rapiunt: sꝫ etiam q̄ precipiunt vel cōsulūt/vel eos scienter in hospitio recipiūt/ et qui rapta emūt. De quib⁹ infra pleni⁹ diceꝫ. Agentes enī et consentientes eadē pena plectēdi sunt. ¶ Secundi sunt inuentores rerū. qꝛ qui rem inuentā nō restituit raptor iudicaꝫ. ꝑut legꝫ 14. q. 5. Si q̄d inuenisti et nō restituisti rapuisti. Sed de inuētiōe est distinguēdū. Aut ei q̄s inuenit thesaurū in loco sacro vel non sacro. Si in loco sacro/aut hoc est casu fortuito: ꝛ sic thesaurus est inuentorꝫ. Aut studiose quesiuit: ꝛ sic thesaurus est ecclesie. Si in loco nō sacro hoc est dupliciter. qꝛ aut hoc inuenit in loco ꝓprio/aut alieno Si in loco ꝓprio/aut inuenit ipsū arte magica: ꝛ sic thesaurus est fisci/aut sine arte magica: ꝛ sic thesaurus est inuentorꝫ. Si aūt ipꝫ inuenit in lo

to alieno/aut hoc erat casu fortuito/aut actu studioso. Si p̄rio mō: sic thesaur⁹ medi⁹ est īuētoris et medi⁹ dñi loci. Si aūt hoc fiebat studiosa inq̄sitōe: tūc tot⁹ thesaur⁹ ē dñi loci vt Instituta De rerū di. §. Thesauros. C. De thesau. L. vnica. li. 4. ꝑut notat Jo. ⁊ Accur. Ad hoc aūt ꝙ q̄ rē alienā īuenit euadat penā furti: debet publice ꝓnūciare. ꝙ si ille cui⁹ est res veniat/⁊ si certa indicia expresserit reddat Aliter multi nō dñi forte peterent. Et si nō īuenerit cui⁹ sit: cū cōsilio ⁊ auctoritate sui petitētiarii eū retinebit si paup est ⁊ eget et oret ꝑ illo cui⁹ fuit. Aliter eroget paupibus. Qd aūt dictū est de auctoritate penitētiarii. glo. nisi supior sibi retinuerit dispensatōnē de talib⁹
¶ Tertii sūt q̄ p tallias ⁊ indebitas exactōnes a subditis bona extorquēt. Ad cui⁹ euidētiā est sciendū ꝙ ille cēs⁹ q̄ ab inicio rei fuerit īposit⁹ sine dolo et fraude: ītegraliter dari debet. Et si q̄s ex hoc subtraxerit peccat mortaliter. Sꝫ adhuc distinguēdū est. q: aut hoc ē certū ꝙ talis cēs⁹ ⁊ on⁹ ab initio rei fuit īposit⁹ vel nō. si sit certū: tūc q̄lecūqꝫ on⁹ sit siue cens⁹: tolerari debet ⁊ dari/quia vnusq̄sqꝫ in re sua onus pōt īponere. Si aūt cēs⁹ nō sit cert⁹/vel etiā si sit cert⁹/nescit̄ tñ vtrū licite vel illicite fuerit institut⁹: sic peccant recipiētes. q: mala fide recipiunt ⁊ tenent̄ restituere. vt patet per Guillermū et Bernardū. extra de censibus. Significauit. Etiam in glosa ibidē dicit̄. ꝙ census nō iuuatur tpe nisi probet causam propter quā fuerit legitime institutus. Innocēti⁹ tñ dicit ꝙ lꝫ ignoret̄ causa cēsus/ſꝫ tñ certuꝫ sit ipsū

ab antiquo debere solui reddi debet. extra de cē sibus. Quāto. Sciendū est q ultra debitū cēsuz null⁹ dn̄s pōt extorqre subditis sine pctō. extra de cēsib⁹. ca. Cū apl̄s. §. Prohibemus ne subditos suos. ꝛc. Et subdit q si manifesta ꝛ rōabilis causa extiterit cū charitate: moderatū ab eis valeāt auxiliū postulare. Ex causis tn̄ rōnalib⁹ pōt petere moderatū subsidiū dūmodo hoc petat sine minis vel coactione directa vel īdirecta. Indirecte aūt cogit dn̄s subditos: qn̄ eis iusticiā denegat vel īsinuari eis facit q vult ab eis tm̄ hr̄e. ꝛ ī tali casu cū pctō recipit ꝛ restituere tenet illi a quo recepit/nisi ille a quo recepit esset seru⁹. cū ei illa res sit dn̄i sicut ꝛ ip̄e seruus: tūc nō tenet ad restitutionē/licz dn̄s peccet si nimis grauet seruos suos. ¶ Prim⁹ casus in quo ultra censū debituz licet dn̄o moderatū subsidiū petere est: p defēsiōe patrie: puta cū patria ab hostib⁹ iniuste īuadit: tūc enī subditi nō solū tenent res suas impartiri: sed etiā tenent ad hoc corporaliter laborare. ¶ Secundus est si capt⁹ sit in iusto bello. ¶ Tertius est si iussu pricipis vel pape debeat ire cōtra hereticos vel paganos. ¶ Quart⁹ si debeat filiū militare vel filiā desponsare. In oībus his ꝛ similibus potest licite petere a subditis subsidiū moderatū. Sed si dn̄s vult ludere ad aleas/vel in aliis vanitatibus expēdere ultra vires: propter tales causas non licet quicq̄ exigere a subditis. Et si exegerit: tenetur restituere. scd̄m Guillermum. extra de consuetudine in fine. ¶ Quarti sunt qui propter debita dn̄orum suorum ciues et

subditos indebite ĩpignorant qḋ est rapina corã deo. quia res pauperū indebite ĩpignorãt dimis sis rebus principalibus dn̄orū suorū. ¶ Quinti sunt q̄ mercedē aliorū ĩiuste detinent ꝛ ꝯseruant Uñ sciendū ꝙ iniuste detinentes mercedē alienã tripliciter peccãt/et triplex malum incurrunt. ¶ Primū est: qꝛ irã dei grauissime cõtra se ꝓuocant. qḋ pꝫ qꝛ istud est vnū de pct̄is clamantibꝰ ꝛ in auribꝰ dei clamorē dĩne vltõis iugiter exposcē tibꝰ. Dicit̄ aũt pct̄m clamare ad deū. qꝛ sua enormitate deū ꝓuocat ad vĩdictã/ꝛ talia pctã sũt q̄tuor. Primū oppressio vidue/fratricidiū/detētõ mercedis paup̄is ĩiusta/ꝛ viciū ꝯtra naturã. Clamitat ad celū vox sanguinis/ꝛ sodomorum. Uox oppressorū/mercesqꝫ retenta laborū. ¶ Scḋm ē qꝛ tales sub ipsis influxū diuine pietatis obstruunt. quod patet per illud Prouerb. 21. Qui aurē suã obturat ad clamorē pauperis: ipse clamabit et non exaudietur. ¶ Tertiū est: qꝛ omne semen diuine gratie arescit in aĩa ꝛ desiccatur. quod pꝫ per hoc ꝙ semē diuinū cordibꝰ taliū cadit supra petrã qḋ est cor durū ꝛ aridū ab oĩ humore gr̄e desiccatū. ꝛ ideo tale semē oportet arescere: cū nullo humore pietatis ꝛ gr̄e valeat humectari.

Tertia expositio est. Nō furtū facies ĩp̄is scꝫ eq̄libus in rebꝰ suis aliqḋ nocumentū ĩferēdo. Et cõtra istud p̄ceptū peccant nouē genera hominū. ¶ Primi sũt vsurarii: ꝛ tales sũt publici vel priuati. Nã publici vsurarii plectunt̄ a iure q̄drupli ci pena ¶ Priã est sentētia excommunicatõnis

¶ Secunda est priuatio cōmunionis. ¶ Tertia exclusio oblationis. ¶ Quarta priuatio sepultu re. qr non debent in cimiterio sepeliri: ⁊ qui con tra fecerit suspēsus manet ab officio / donec secū dū arbitriū epi satisfecerit. extra de vsuris. Q ꝛ i oib⁹. Si aūt sūt vsurarii priuati: sic iterū ꝯtra h⁹ ꝓceptū peccant q̄ttuoꝛ genera hoīz ¶ Primi sūt q̄ prestāt cū ꝯditōe ⁊ pacto pl⁹ recipiēdi: ⁊ isti sūt expresse vsurarii etiā ẜm iudiciū ecclīe. ¶ Secū di sūt q̄ sine pacto aliquo prestant eo tñ aīo ꝙ vl tra sortē recipiāt / alias nō mutuarēt. ⁊ isti sūt vsu rarii quoad deū ꝓpter intētōnē coꝛruptā. quā eti am dehoꝛtatꝛ saluatoꝛ Math. 6. vbi dicitꝛ mutuū dantes nichil inde sperātes. Sꝫ hic incidit rōna biliter duplex dubitatio. ¶ Prīa est cū lex diui na ꝓhibeat vt puniat tā manū ꝙ aīm: quare lex hūana solū ꝓhibet ip̄az manū / qr punit solū actū et nō aīm? ¶ Secūda est cū lex diuina ꝓhibeat oēz inequalitatē quare lex hūana prohibet soluz illā que est notabilis ⁊ magna. qr ꝓhibet aliquē decipere vltra medietatē iusti precii? Ad primū dicendū ꝙ lex hūana est quedā regula ⁊ mēsura hūanoꝝ actuū. Mēsura aūt debet esse vnigenea siue cōgrua mēsuratio. vt scribitꝛ. 4. ethicoꝝ. Vñ opoꝛtet ꝙ lex hūana cōfoꝛmetꝛ cōditiōibus hoīm q̄bus datur. prīa. 2. q. 96. ar. 2. Constat aūt ꝙ lex hūana datur multitudini hoīz in qua magna ps deficit a ꝑfectiōe virtutis: et ideo lex hūana nō ꝓ hibet oīa vicia sicut lex diuina / que solū datur ꝑ fectis ⁊ virtuosis: sꝫ solū ꝓhibet grauioꝛa illa a q̄ bus est possibile maioꝛē partē multitudinis absti

nere/ et p̄cipue illa q̄ sūt ī nocumentū aliorū. sine quoꝝ ꝓhibitione nō posset hūana societas cōseruari. Sicut ꝓhibitō furti/ homicidii/ et huiusmodi. et hoc rōnabiliter cōtingit. Nā lex hūana gradatī et nō subito inducit hoīes ad v̄tutē et ideo nō īponit multitudini īperfectorū vt ab oīb⁹ abstineant. alioqn īperfecti huiusmodi p̄cepta ferre nō valētes: ī mala deteriora laberent̄. qđ sat; innuit xp̄s Math: 9. vbi dicit q̄ si vinū nouū/ id est p̄ceptū pfecte vite mittat̄ in vtres veteres/ id est ī hoīes impfectos/ vtres corrūpunt̄/ et vinū effundit̄/ id est p̄cepta cōtēnunt̄: et homīes ad maiora mala prorūpunt. Ad secundū dicendū q̄ lex q̄libet cōformat̄ suo fini. Lex autē diuina habet ꝓ fine būplacitū diuine volūtatis. Hūana v̄o lex habet ꝓ fine cōmunicatōis sufficiētiā. Et ideo quandā paruā ineq̄litatē pmittit hoīb⁹ īperfectis/ q̄ non multū ab eq̄litate iusticie excedit et q̄ cōionē hūane societat; nō multū impedit. Lex aūt diuina q2 solū intēdit rectitudinem v̄tutis et iusticie ideo punit et ꝓhibet oē illud qđ cōtrariat̄ rectitudini v̄tutis et iusticie ❡ Scđa ratio ad idē est q2 lex hūana datur populo cōi in quo multi sūt deficientes a pfectione v̄tutis/ et ideo nō ꝓhibet oēȝ ineq̄litatē ī cōtractib⁹ hūanis. Lex autē diuina intendit rectitudinē v̄tutis et tm̄ dat̄ v̄tuosis et pfect;: et ideo ꝓhibet oē illđ qđ est v̄tuti ɔ̄riū. Tertii sūt q̄ mutuāt res suas ad certū terminū quo veniēte nō volūt p̄rare vlteriorē dilatōnē nisi aliqđ emolumētū recipiāt licet expresse nichil petant. ❡ Q̄rti sūt q̄ vēdūt res suas lōge carius ꝓpter

dilationē solutionis: q̄ incōtinenti soluēti. Hec patēt extra de vsur. ca. Cōsuluit: et tenet restituere. vt ibidē dicit in glo. Si enī vēditor statuat ī corde suo p quāto velit rē suā dare: nō pōt ppter dilationē sine pctō preciū augere. Si eī pecunia parata indigeat: pōt qdā pro parata pecunia diminuere: sz nō pōt p dilatiōe augere. vt pz extra de venditione et emptōe. Cū dilecti. et ca. pen ultimo. Est eī regula gnalis q quicqd accedit ad capitale vsura est. vt pz. i. q. 3. Plerios. Hoc tū fallit in certis casibus infra scriptis. ¶ Prīo rōne fideiussionis: vt quādo fideiussor soluit sortē et vsurā quā dedit ille a quo mutuauit. ca. Qui soluit pro illo. tūc ei potest vsuras petere. extra de fideiussorib⁹. ¶ Secundo ratione oblationis et cōsecrationis. 13. q. 3. in legib⁹. vbi dicit q q rapit ecclesiasticas oblatōes/id est quod deo cōsecratū est: debet restituere in quadruplū. vbi petitur pena non vsura. ¶ Tertio ratione dilationis: quādo quis est in mora soluendi. Ad hoc potest agi vt reddatur indēnis. ff. Socio sociū. ¶ Quarto ratione locationis: vt quando petitur aliqd pro domo vel equo conducto/et quādo pecunia locat ad pōpā. qr nō est tūc mutuū: sz locatū. ff. Cū mobilia. ¶ Quito rōne vēditionis. vt si vendo vsū pecunie. Vbi gr̄a. Volui emere merces et rogasti me cessare vt mutuarē tibi pecuniā: et ego respōdeo tibi/nō mutuo: sz vsū pecunie vendo ita q tali die reddas michi tantū quantū possē lucrari: periculū autē in me recipio. hoc nō est vsura ſm Joh. et Hostieñ. Qui autē simpliciter alicui mu

tuat pecuniā et iā sī piculū ī se recipiat/sī aliqd̄ recipiat vltra sortē: vsura est. extra de vsur. Nauigāti. ¶ Sexto rōne societat. Licitū est enī q vn⁹ p̄stet pecuniā alteri/ et alter suppleat laborē. quia sī pecunia deest ita tñ q periculū et lucrum spectet vtrunq. ff. Socio. Lege. i. ¶ Septimo ratione incertitudinis et dubit. vt q dat nouē solidos vt alio tēpore sibi totidē mēsure et vini et olei reddatur/licet tūc pl⁹ valeant q decē solidi. tñ sī dubiū est vtrū tēpore solutōis sit pl⁹ vel min⁹ valiture: nō est vsurari⁹. Simili ratione scz causa dubii excusant q merces suas vēdūt āpli⁹ q valeāt tūc vt ī certo termīo pecuniā recipiāt p eisdē. sī tñ illo tēpore cōtract⁹ nō erat venditur⁹ eas. extra de vsuris. ca. vltīo. Similiter sī vendo fruct⁹ vinee ad tēpus vite alicui⁹/ et emptor lōge pl⁹ recipiat: nō est vsura pter incertitudinē. extra de vsuris. Si ca. hec Hostien et Gaufrid⁹. licet Guillermus ↄtrariū sentiat. Notandū tñ q ecclīa tm̄ detestat vsurariā voraginē q eū restrinxit oī modo quo potuit. qđ patet. tū q publicū vsurariū q̄ druplici pena pcellit. tū q cōtra ipsarū solutiōez multiplex remediū adhibuit. qđ patet. q sī aliqs pmisisset vsuras soluere: nō debet cogi ad soluendū. q vsure sūt indebite. extra de vsuris. Debitores. Si autē aliquis iurauerit eas soluere habet duo remedia sm iura. Quorū primū est q faciat cogi creditorē q relaxet iuramētū/ vel q desistat ab actōne. ff. de iure iurādo. ca. i. Tales. Secundū remediū est q post solutionē vsure potest eas repetere. sī autē iurauerit soluere et non repete-

re:tūc iterū habet duo remedia. ¶ Primū est ꝙ pōt iudici denūciare/ ⁊ iudex ex officio suo pōt illū cogere ad restituēdū ¶ Scōm est ꝙ pōt illū ex agere ad relaxandū iuramentū. extra de iureiur Ad nr̄am. Si autē iurauit soluere nec repetere nec denūciare: sic est illicitū iuramētū/ nec obligat ad seruandū. extra de cognatōe spūali. A nobis. Dico ꝙ nō repetet directe ꝓpter vī iuramēti: sꝫ indirecte bn̄ repetet scꝫ denūciādo ecclīe crimen illi⁹ vt sic cōpellat᷑ ad penitentiā quātū pōt agere restituat. Si aūt iurauit ꝙ nō denūciaret: nō esset ī hac pte iuramētū cū sit illicitū/ vt puta cōtra salutē ꝓximi: ⁊ p cōsequēs cōtra p̄ceptū de ꝓximo diligēdo. Vn̄ nō obstāte iuramēto: pōt ꝓcedere ī hūc modū denūciatōis. ⁊ ita occurretur fraudib⁹ vsurarioꝝ. extra e Tuas. Pudū. ¶ Secundi sūt sacrilegi q̄ rē sacrā furant᷑ siue auferūt de loco sacro/ siue de loco nō sacro. vt pꝫ. 17. q. 4. Quisq̄s Et tale furtū dicit᷑ ꝓprie sacrilegiū. Qd̄ etiā cōmittit᷑ cū q̄s facit īiuriā clericis/ vel psonis ecclesiasticis: eos scꝫ detinēdo/ vel res ipoꝝ auferēdo. Tales enī sacrilegi sūt excōicati ipso facto et priuati sacramētorū pceptōe. 17. q. 4. ¶ Tertii sunt qui nocumentū inferūt reipublice/ puta monetas falsificātes in pōdere vel labore/ vel cōmunē exactionē diminute persoluēdo/ vel etiā argētū semiplene depurando. Et generaliter oēs qui in suis mercanciis pōdus ⁊ mensuras falsificāt: dicunt᷑ fures reipublice. ff. de fal. emptione. Lege prima. Et tales fures exuruntur in aqua bulliente. ff. de falsariis monetarū. Lege. 2. nec talis

moneta reproba liberat soluentē. ff. de pignori-
bus. Lege. Eleganter. et istud peccatū reprobat
Prouerbiorū. 20. Pondus et pondus/mensura
et mensura: vtrūq; est abominatio apud deum.
¶ Quarti sunt q̄ vēdunt venenū mortiferū vel
gladios intoxicatos/seu taxillos falsos: q̄ etiā di
cunt fures reipublice/ et tales sunt rei oīz scelerū
que per emptores ꝑpetrant occasione illarū rez
Et hoc potissime tenendū est qñ talia vendunt i
tentione peruersa. Et de talibꝫ rebꝫ q̄ non possūt
esse vtiles ad hūanū vsū vt venena mortifera et
huiusmodi. Quecunq; autē res q̄ ad debitū vsuz
humanū possunt ꝯuenire/puta baliste et arma in
iusto bello: talia licite vendi possunt: q̄ tū vēdi nō
deberēt ei de quo ꝓbabiliter posset cognosci q̄ ta
libus vellet abuti. ¶ Quīti sūt q̄ plura bñficia
curata simul tenēt et se nō faciunt statuto tēpore
ad ordines ꝓmoueri tales eī fures reipublice di
cunt. nō solū q: furant et male sibi vsurpāt bona
illa q̄ sūt ꝓ bono cōi fideliū deputata verūetiā q:
deo furant aīas fidelium quia eas decipiunt/et i
absolutionibus sacramentalibus deludunt. Qd
verum est si sint per epm̄ moniti vt talibus bene
ficiis cedant/vel si sint per episcopū priuati. Sz
q̄diu ipsi epi tales patiuntur: tunc subditi per ip
sos aīarum periculū non incurrunt. Hec ꝓbant
extra de electione. ca. Cū in cunctis. et ca. Dudū
et extra de prebend. ca. De multa. ¶ Sexti sunt
qui furātur pecora hominū. quod furtū dicit pe-
corū abigeatus/ vel q̄ sciēter vēdunt pecora mor
bosa. De quo nota q̄ nō tantū qui furant pecora

sed etiã q̃ sciẽter vẽdit pecora morbosa dicit fur ⁊ sic tenet ad iteresse ad intra rẽ ⁊ extra rẽ. Qđ vt pleni⁹ itelligat sciẽdũ q̃ id dr̃ iteresse itra rẽ vt si ip̃z aïal perit. s3 extra rẽ: vt si alia pecora perimit de cõtagione morbosi pecoris: vt notat Hostieñ. Si aũt pecus morbosũ vendat q̃s ignorãter: tũc tenet emptori quãto minoris emptur⁹ erat. ff. de actione empti. Julianus. Venditor eĩ cuiuslibet aïalis debet prestare aïal sanũ potẽs comedere ⁊ bibere. ca. de emptõe ⁊ venditõe. Lege. Emptor ¶ Septimi sũt artifices q̃ opa sua fraudulẽter faciũt/vel q̃ in diuersis mercimoniis hoïes deci= piũt malũ p̃ bono vendentes. cõtra quos p̃phe= ta inuehit dicens ita. Ve q̃ dicitis bonũ malũ/et malũ bonũ. Tales raro dormiũt/nisi admin⁹ se= pties in die p̃ximũ deceperint. De quib⁹ scribit Prouerb. 4. Panẽ impietatis comedũt ⁊ sõn⁹ nõ capit ab eis nisi supplantauerint. ¶ Octaui sũt q̃ mala fide faciũt hoïez incurrere dãnũ/sicut q̃ incitãt alios ad ludũ alee/⁊ huiusmodi. Ad cu ius euidẽtiã tria sũt p̃ ordinẽ declarãda. ¶ Pri mũ est quãtũ pctm̃ sit lud⁹ alea⁊ ⁊ taxillo⁊ ¶ Se cundũ est q̃d sit iuris de eo qđ perdit ĩ alea/ puta quãdo ⁊ q̃b⁹ p̃sonis sit reddenda pecunia q̃ in lu do perdit/⁊ quando nõ ¶ Tertiũ est q̃liter ⁊ quã do tales ludi possũt esse liciti ⁊ fieri sine peccato mortali. ¶ Propter primũ sciendũ est q̃ quãti= tas peccati ĩ talib⁹ potest cognosci ex nouẽ circũ stantiis: quarũ q̃libet est pctm̃ mortale quas enu merat Hostieñ. de ludo alee. di. 1. ¶ Prima est desideriũ lucrandi/ecce cupiditas q̃ est radix oĩz

malorū. vt dicit. i. ad Thimotheū. 5. ¶ Scd͂a est
volūtas spoliādi ꝓximū/ ecce rapina. ¶ Tertia
est vsura maxīa q̄ attendit nō solū ī āno vel ī mē
se sȝ ī eodē die. extra de excessib⁹ ꝓlatoꝝ. Inter di
lectos. ¶ Quarta est multiplicia mēdacia ꝛ vba
vana ꝛ ociosa q̄ ī talib⁹ ludis freq̄nter ꝯtingūt.
¶ Quīta est execrabilis iuratō ꝛ blasphemia q̄ ī
talib⁹ ludis freq̄nter ī deū ꝛ ī sctōs refūdit/ ecce
heres. ¶ Sexta est corruptō mltiplex ꝓximoꝝ q̄
ad ludū de mala cōsuetudīe cōueniūt ꝛ respiciūt
¶ Septīa est scandalū bonoꝝ qđ ex p̄dictis cōdi
tionib⁹ nephandis incurrit. ¶ Octaua est cōtē
ptus ꝓhibitiōis sctē matris ecclīe. Nā glo. dicit
ꝙ huiusmodi ludi sūt ꝓhibiti non tm̄ dissuasi.
¶ Nona cōditō est amissio tpis ꝛ oīȝ actuū bono
rū q̄ in illo tēpore qs facere potuisset. Propter
hoc sciēdū est ꝙ scd͂m leges illud qđ perdit ī alea
nō debet solui/ ꝛ si solutū fuerit repeti pōt vsq; ad
quinq̄ginta ānos. ff. De aleato. L. vltīa in fine.
Hoc etiā dicit greca lex q̄ est in fine tertii. C. Lex
greca. ca. de vsur. Alee ludus. Sȝ hoc intelligit
Raymūd⁹ et Guillerm⁹ de eo q̄ nō ludit volūta
rie sȝ attract⁹. Si vo ludit volūtarie: tūc qđ ꝑdi
dit nō pōt repetere: sȝ scd͂m p̄dictos debet paupi
bus erogari. qđ aūt dicit Bernard⁹ in glo. ꝙ hoc
debet restitui: pōt ītelligi de eo q̄ nō ludit volūta
rie: sed attractus. Ratio autē quare nullus reti=
nere possit quod in ludo acquirit: est hec. quia lu
di alee et taxillorū sunt ꝓhibiti ꝑ leges ꝛ etiā ꝑ iu
ra scripta. Et ideo in talib⁹ reb⁹ acquisitis: defi=
cit bonus titulus/ bona fides/ et iusta causa. Ex

quibus innascitur homini licita rei possessio ¶ Propter tertiū sciendū est q ludus alee dr oīs ludus q̄ innititur fortune/ et ad hoc q aliqs ludus sit licitus. primo requiritur cōgruitas psone. Clericis eñi ī alea nō licz ludere. qr publicus aleator repellitur a dignitate/ nō obstāte ꝯsuetudine. extra de excessibus platorum. Inter dilectos. Et talis de iure deponi potest si se nō correxerit. 14. q. 4. Si quis. ¶ Secūdo requiritur cōgruitas materie. vnde p esculento et poculēto ludi potest ¶ Tertio requiritur ꝯgruitas mensure vnde vltra vnū solidū ludi non potest. Et si quis illū verberauerit in cuius hospitio lusū est in alea vel si dolo aliqd subtractū fuerit: iudiciū ei non datur. ff. De aleato. L. 1. Sed hoc intelligitur vt dicit azo de illo qui consueuit lusores alee accipere causa emolumenti. secus si apud aliquē incidenter ludatur. ¶ Quarto requiritur cōgruitas tēporum. vt q non ludatur tēpore luctus/ vel penitentie/ vel orationis. ¶ Quinto requiritur q non faciat cōtra legē ludi. vt q non male cōputet/ nec etiam ludentē puocet: put notantur hec. ca. de lusu alee. lege. Ludus alee ¶ Noni sunt qui se furibus associant/ et furti eorum participes sunt et talis participatio cōmittitur nouē modis put sunt nouē peccata aliena in quibus homo reus efficitur criminis alieni et se furi associat sm illud. Si videbas furē currebas cū eo. ps. 49. Peccatū eñi alienū primo cōmittitur cōsentiēdo: et hoc fit secūdū quadruplicē consensū qui ponitur extra de officio delegati. ca. 1. vbi dicitur. Facientes et consētientes pari pena plectendi sunt. ¶ Primus est

consensus negligentie/vel dissimulationis. vt si aliquis ex officio debet vel pōt spolia precauere et non cauet: talis dicit̄ spoliator. nō tñ tenet̄ ad restitutōnē: sed debet illū cogere vt restituat. Si tñ aliquod emolumentū percepit de tali dissimulatione: tunc tenet̄ ad restitutionē ¶ Secundus consens⁹ est cōsilii et psuasionis. Sꝫ tūc distigue q: vel predo vel fur factur⁹ erat etiā sine cōsilio ⁊ sic min⁹ peccat ꝙ faciēs: ⁊ sic nō tenet̄ ad restitutionē. Aut nō erat factur⁹: ⁊ sic par est delictum agētis ⁊ cōsentiētis. ff. de furtis. lege. Qui seruo suo. et talis tenet̄ ad restitutionē. ¶ Tertius cōsensus est cooperationis: et sic equaliter peccat faciens et cōsentiens et equaliter punit̄. ff. de furtis. lege. Vulgariter vbi dicitur. Si duo vel plures vnū agnū furati sunt / quē singuli tollere nō potuerunt: oēs furti tenent̄ insolidum. Sꝫ si vn⁹ potuisset furtū fecisse sine alio: tunc q̄libet tenet̄ pro parte sibi contingente. ¶ Quartus consensus est auctoritatis et defensionis. vt q̄ mādat fieri furtū/vel qui factū defendit: et talis plus peccat ꝙ faciens: et tenetur ad restitutionē. ¶ Quītus consensus cōmittitur partem capiendo/et q̄ inde comedunt et bibunt. vel qui pro suis debit̄ furtum vel rapinam scienter recipiunt: tales tenentur ad restitutionē partis quam habuerunt. Sed dices. Quid faciet ergo vxor raptoris vel furis: potest ne cōedere de furto/aut rapina? Ad quod dicendū est ꝙ si maritus habuerit aliq̄d de iusto: de illis debet mulier separatī expendere ⁊ victū sumere. Si v̄o nichil habeat nisi de rapina

vel si sit aliquid de iusto et hoc ita permixtũ est q̄
discerni nõ põt: tũc mulier ƀm doctores nõ debet
de rapina vł furto cõedere: sꝫ aliũde sibi victũ q̄re
re/vel a cõsanguineis vel amicis/vel labore ma=
nuũ/vel etiã q̄rendo elemosinas hostiatī: vt dicit
Hostieñ. Si aũt marit⁹ sit ita mal⁹ q̄ oĩno cogat
eã viuere de reb⁹ raptis/nec possit sibi aliũde vi=
ctũ q̄rere: tũc ne fame moriaꝛ restat ei triplex re
mediũ. Unũ q̄ viuat de dote vel spõsalicio. nã vt
dicit glo. ĩ hoc casu põt recupare dotẽ etiã cõstã=
te matrimonio. Scõm remediũ est: vt denũciet
epõ q̄ potest cõpellere maritũ vt pascat vxorẽ de
iusto. 2. q. 1. Si peccauerit. Uel cõmittat eã ali=
cui psone honeste/q̄ de honesto lucro sibi ꝓuide=
at. extra de pignorib⁹. Ex litteris. ⁊ de dote post
diuortiũ restituẽda per nr̃as. Tertiũ remediũ est
q̄ si sit ĩ tã arcto posita q̄ de nullo alio posset sibi
victũ ĩuenire: tũc posset viuere de rapina q̄ꝛ neces
sitas legẽ nõ habet. Et quidq̄d sic expẽderit dolẽ
ter sumat ⁊ viuat quãtũ parci⁹ põt ad subleuãdũ
necessitatẽ solã/⁊ ꝓponat firmiter restituere q̄ ci
tius poterit quidq̄d inde cõsũpserit. Sẽp tñ vxor
teneꝛ viro debitũ reddere ĩ casib⁹ supradictꝭ ⁊ ecõ
uerso. Est tñ sciendũ q̄ q̄uis vxor de boue vel oue
vel alia re rapta ĩ spẽ cõedere nõ possit extra ca=
sũ vltime necessitatis si tñ res sit empta de re ra=
pta poterit comedere etiã sine casu vltime neces
sitatis. Cui⁹ ratio est. Cũ ei res rapta vendiꝛ: tũc
in p̃cio dato viciũ furti vel rapine purgaꝛ p hoc
q̄ emens volũtarie dãdo transtulit dominiũ ta=
lis rei. Uñ illud preciũ vel lucrũ licite potest qui=

libet ab eo recipere/nec tenet restituere. Quidā tñ magni doctores dicūt q vxor licite pōt vti de reb9 pmixtis/dū tñ in mēte habeat q libenter vi uere vellet de licite acq̄sitis. ¶ Sexto cōmittit pctm̄ alienū tacēdo: vt q̄ solo verbo posset phibe re furtū/vel posset defēdere ne alii raperēt vel ne clericū pcuterēt: et tales nō tenent solū ad restitu tionē: sz etiā sūt excōicati. Sz hoc Bernard9 in- telligit de illo qui ex officio talia tenet defendere alias nō. vel etiā de illo q̄ tacet ī synodo siue ī ci uili iudicio vbi talia forefacta debēt merito pu- blicari. ¶ Septimo cōmittit adulādo vel detra- hendo. vt si quis dicat alicui psone potenti q ra pere sit strenuitas/vel dicat illū esse dignū spolia tione: talis enī adulator vel detractor tenet ad re stitutionē/si ille alias nō fuisset factur9 spoliū. vt patet. 11. q. 3. Nemo. Sed sciēdū est q triplex est adulatio. ¶ Prima est attribuens bonuz alicui quod habet. ¶ Secunda est attribuēs bonū qd nō habet/et vtrūq3 est pctm̄ veniale/licet scdm̄ sit graui9 primo. ¶ Tertia est approbādo malū qd facit: et hoc est mortale. vt patet. 46. di. Sūt nō nulli. etc. ¶ Octauo pctm̄ alienū cōmittitur ho- spitio colligendo et occultando. Qui enī furē nō indicant dño ipsū querenti participes furti fiūt extra de furtis. Qui furē. Sed hoc intelligendū est de illo qui ideo nō vult furem prodere: ne par ticeps furti fiat. ¶ Nono cōmittitur peccatum alienum emendo. vt qui emit furtū vel rapinā. Sed ibi distinguere oportet. Nam ille qui rapi- nam vel furtū emit/aut intendit gerere negociū

alteri⁹ cui res est ablata/ꝛ sic potest repetere ꝑcium qd̄ dedit/et expēsas quas circa illā rē fecit. C. de rei vendi. Aut intendit gerere negociū ꝓpriū puta qꝛ emit vt retineat. Aut ergo emit mala fide/aut fide bona. Si fide mala puta si sciuit vel probabiliter credidit esse furtū: et sic emptoꝛ grauatur sex modis ¶ Prio qꝛ tenet rem semp reddere etiā si aīal moriat/vel violenter rapiat. Institutis de vsucaptionib⁹. §. In rebus. Semp eni emens furtū tenet de casu fortuito nisi in vno casu/scꝫ si rē obtulit dn̄o tempore ꝛ loco cōgruo et ille noluisset recipere: tunc ille purgasset moram. ff. de conditione fur. In re ¶ Secundo tenet restituere oēs fructus ꝑceptos/ꝛ qui medio tēpore ꝑcipi potuerunt. ¶ Tertio qꝛ res estimanda est secundū optimū eius statū/puta si res tēpore venditōnis fuisset melioꝛ q̄ postea. ff. de furtis. In re furtiua ¶ Quarto quia non potest repetere precium quod dedit. ¶ Quinto quia nō potest agere cōtra venditorē de precio soluto. Obstat eni sibi turpitudo sua nisi de hoc exꝑsse cauerit. 10. q. 2. ¶ Sexto qꝛ perdit expensas suas voluntarias. C. De infantibus ꝛ gagi. Si aūt emit bona fide puta si ꝓbabiliter credidit rē esse iustam: tunc illa bona fides quattuoꝛ sibi confert ¶ Primo qꝛ non tenetur rem restituere durante bona cōsciencia. Sꝫ si postea sciuerit rem esse furtiuam: tenetur eam restituere/ꝛ etiā fructus extantes. sꝫ nō fructus consumptos tenetur restituere ¶ Secūdo qꝛ potest rem alienare ꝛ vendere durāte bona fide/puta si ꝓbabiliter credit. ꝛc. Sꝫ si aliqd̄ lu-

crū ex vēditōe cōsecut⁹ fuerit: illud tenet restitue re postea dño venienti. ff. de cōditōe īdebiti. lege. Nā hec ¶ Tertio qꝛ rē nō tenet restituere ī casu fortuito durāte bona fide. Si eī res interī pereat absqꝫ culpa sua: ī nullo tenet dño suo respōdere ¶ Quarto qꝛ post restitutionē rei pōt agere ꝯ vēditorē de ꝑcio qd dedit/dūmō rē restituerit per iudiciū. Vn̄ cautū est ī talib⁹ ꝙ emptor dicat dño rei ꝙ ipꝫ trahat ad iudiciū/ ꝛ postq̄ emptor citatus fuerit: denūciet vēditori ꝙ veniat ꝛ defendat rem venditā/ ꝛ si tunc res ab eo euincit: venditor tenet de emptōne/ nisi emptor fuisset absens per contumaciā tēpore date sententie. vel nisi per inuidiā iudicis sentētia lata fuisset. extra de emptione ꝛ vēditōe. ca. Vtimur. Si aūt extra iudiciuꝫ restituat: tūc vēditor nichilomin⁹ tenet restituere ꝑciū ī foro penitētiali/ licꝫ ꝑ iudiciū fori ad h⁰ cogi nō posset. Sꝫ hoc est verū qn̄ raptor rē abstulit īiuste/ puta ī bello qd sciebat esse īiustū qꝛ si sciuit bellū iustū fuisse: nō tenet restituere rē raptā Si aūt ꝓbabiliter credit bellū iustū fuisse/ puta qꝛ vicini vel sapiētes h⁰ dicūt: tūc similiter bona fides ꝯfert sibi q̄ttuor bona supradicta. Sꝫ si postea sciuerit bellū fuisse īiustū: tūc debet restituere rē ꝛ fruct⁹ extātes nō tn̄ ꝯsūptos. Est aūt vna rl'a notāda ī oīb⁹ supdictis nonē pctīs alienis. nā q̄cū ꝙ fuerit causa spolii vel alteri⁹ dāni: talis tenet insolidū alias non tenet nisi de parte percepta. Si autē illa res vendita fuerit non tantuꝫ tenet soluere ꝑciū ꝓ ipa re datū: sꝫ debet soluere iustū ꝑciū rei vno tn̄ totū soluēte: oēs socii liberantur

etiã si quilibet esset in solidũ obligatus: et ille cui facta est solutio debet cedere actioni ei q̃ soluit .ff. de furtis. Si plures. Et sic patet q̃liter sit cõfitendũ de transgressione huius precepti.

Occtauũ preceptũ est. Non falsũ testimoniũ dices. Ubi scd̃m Augustinũ ꝓhibet oẽ nocumentũ quo quis per falsitatẽ oris ledit ꝓximũ. In secũdo aũt p̃cepto ꝓhibet mẽdacii falsitas respectu dei ꝓut cadit sub piurio. Ad cui⁹ euidentiã maiorẽ est sciendũ ꝙ scd̃m Augustinũ nõ solũ ꝓhibet hic mendaciũ: sed etiã omẽ nocumentũ oris. Mẽdaciũ eñ nõ solũ cõmittit ĩ v̾bis falsis ẜm Augustinũ: verũetiã ĩ opibꝫ simulatis q꞉ ẜm ip̃ꝫ mẽdaciũ est christianũ se dicere et opa xp̃i nõ facere .22. q. 5. Cauete. et p̃ie Johis. 1. Ideo p̃io est ostendendũ quomodo fiat isti⁹ mandati transgressio in verbis mendosis. ¶ Secũdo quomodo in verbis mẽdosis ꝓximo nociuis. ¶ Tertio quomodo ĩ factis simulatis. Et scd̃m ista tria istud preceptũ habet triplicẽ expositionẽ vt videbitur in processu. ¶ Propter primũ sciendũ est ꝙ in verbis mendosis istud preceptũ transgrediuntur nouẽ genera hominũ: quorũ tria offendũt in mendacio pernicioso/tria in officioso / et tria in iocoso. quod patet. ¶ Nam circa mendaciũ p̾niciosũ p̃io offẽdunt illi q̃ mentiũtur cõtra fidei veritatẽ: vt qui diceret christum non esse natum de virgine. et huiusmodi. ¶ Secundo circa hoc offendunt illi qui per mendacium ledunt proximi famam et honorem: sicut est mendaciũ false

detractionis vel falsi testimonii ī causa crimīali. Ad cui⁹ euidētiā maiorē est sciendū q̄ oē mēdaciū qđ ī iudicio dicit̄ de his q̄ ad iudiciū ptinēt p̄ter iocosū: est pniciosū et mortale. q2 subuertit veritatē iudicii qđ cedit in pniciē toti⁹ cōitatis. Ex quo patet q̄ siue iudex/ siue testis/ siue reus/ siue actor/ vel etiā pcurator si ī iudicio falsū dicāt: iudex falsā sentētiā pferēdo/ pcurator falsā causā defendēdo: istud p̄ceptū transgrediunt̄ ⁊ mortaliter peccāt. ⁊ tā iudex q̄ testis q̄ etiā aduocat⁹ tenent̄ ad interesse illi⁹ q̄ iniuriā pass⁹ est: imo tm̄ iura testis fals⁹ infamis efficit̄. vt p3. 3. q. 5. Constituim⁹. Et hoc est veru3 si sentētia lata sit cōtra eū: alias nō. vt dicit Joh. ibidē. Sciendū etiā q̄ testis mortaliter peccat nō solū mentiēdo ⁊ veritatē negando/ s3 etiā veritatē occultādo. extra de crimine falsi. ca. 1. qđ intelligit̄ de teste ī iudicio reqsito. vt dicit Joh. 11. q. 3. Quisqs ¶ Tertiō circa idē offēdunt illi q̄ per mēdaciū ledunt pximū ī reb⁹ exteriorib⁹/ sicut illi q̄ aliquē falso deferūt iudici vel tyranno/ vel q̄ falsū testimoniū contra aliquē in causa pecuniaria deponunt ex qb⁹ pximus dānificat̄ ¶ Secundo circa mendaciū officiosum p̄rio offēdunt illi q̄ ex quadā pietate mētiunt̄ p cōseruanda pximi vita. vt si quis videat hominem queri ad mortem: dicat se non vidisse eum ¶ Secundo circa hoc offendunt qui mentiuntur pro conseruanda hominis continentia. vt si virgo volenti eam deflorare mentiatur se esse coniugatam. ¶ Tertio circa hoc offendunt illi q̄ mentiunt̄ p conseruanda homīs exteriori

substantia. vt si quis videns predonem velle aliquem spoliare: dicat parcas sibi quia nõ portat pecuniã.
